et. celũ gaudens ianuas nõ patefaciet
Eua serpẽti aurẽ exhibuit. pestiferũ vi
rus hausit voluptatibꝫ allicitur. part⁹
dolori subijcit ⁊ cũ Adam cõdemnat.
Hanc autẽ vere beatã. que aurẽ incli/
nauit deo quã spũssanct⁹ repleuit. q̃ pa
ternam misericordiã in vtero baiula/
uit. que sine viri contactu cõcepit. sine
dolore peperit. quomõ mors absorbet
quõ corruptio audet aliquid in corpus
quod ipam vitã portauit. O Ad
dit quoq̃ idem Damascen⁹ in eisdem
sermonibꝫ dicens. Ueruz apostolos q̃
vbiq̃ terrarum dispersi hominuz pi/
scationi vacabant. sagena verbi homi
nes de profundis tenebris ad celestez
mensam curie seu solennes patris nu/

ptias educẽtes diuinũ p̃ceptũ q̃si sage
na q̃dam ⁊ nubes e finib⁹ terre hieru/
salẽ ꝯtulit vltra quasdã aquas cõgre/
gans ⁊ colligẽs. Tunc q̃dem Adam ⁊
Eua p̃mi p̃entes exclamauere. Veni
ad nos o sacruz ⁊ salutifer̃ cellariũ tu
nostrũ implesti desideriũ. Ecõtra sctõ/
rum caterua q̃ corp̃aliter aderat dice/
bat Mane nobiscũ ꝯsolatio nostra ne
d̃relinq̃s nos orphanos. quã habem⁹
laborũ solatiũ. sudor̃ refrigeriũ. tibi vi
uẽti ꝯuiuere. tibi moriẽti cõmori gl̃io/
sum. Nobis em̃ hec vita quõ vita tua
destitutis p̃ntia. Hec ⁊ his sil̃ia vt ar
bitror apl̃i cuz reliq̃ plenitudine eccl̃ie
crebris singultib⁹ q̃relas interrũpenti
bus p̃ponebãt. Illa ad filium ꝯuersa
ait. Tu dilectis filijs q̃s frẽs appella/
re placuit de meo discessu dolẽtib⁹ fias
ꝯsolator. ⁊ ipositõi manuũ mear̃ ap/
pone bñdictõz sup̃ bñdictõz eorũ. De
inde extẽdẽs man⁹ fideliũ collegiũ bñ
dixit ⁊ addidit In mã⁹ tuas dñe cõmẽ
do sp̃m meũ. Fili suscipe aĩaz meã tibi
dilectã quã inculpatã seruasti. Tibi ⁊
nõ terre cõmendo corp⁹ meũ. custodi il
lud integrũ q̃d tibi ĩhabitare ꝯplacu/
it. Transfer me ad te vt vbi tu es visce
rum meor̃ p̃tus. sim ⁊ ego tibi coha/
bitans. Illic itaq̃ talia sunt audita.
Surge itaq̃ veni dilecta mea. o pul/
chra ĩ ml̃ieribꝫ. pulchra es amica mea
⁊ macula nõ est in te. Hec btissima vir
go audiẽs cõmẽdat ĩ man⁹ filij sp̃m su
um. Profusis ãt lachrymis apl̃i figũt
oscula tabnaculo dñi bñdictõe ac scti/
tate ex cõtactu sacri corp̃is adimpleti.
Tũc morbi ⁊ demões fugank̃. aer ⁊ ce
lũ sanctificank̃. sp̃ũs ascẽsiõe. terra cor/
poris depositõe. aq̃ v̄o corp̃is ablutõe
Abluit em̃ sacrũ corp⁹ aq̃ mũdissima.
nõ ab ip̃a mũdatũ. sz ab ip̃o sctificata
Deinde sacrũ corp⁹ mũda syndone in
uolutũ lecto supponit̃. lãpades choru
scant. vnguẽta redolẽt. hymni angeli/
ci resonãt. Apl̃is ãt alijsq̃ sctis q̃ ade/
rãt diuinas odas modulãtib⁹ archa
dñi e mõte syon sacris apl̃or̃ ceruicib⁹
imposita ad sacratissimã villã gethse/
mani adducit̃. angelis antecedẽtib⁹ et
subsequẽtib⁹ alijsq̃ sacrũ corp⁹ velan/
tibus tota ecclesie plenitudine comitã
te. Affuerunt ⁊ quidã iudeor̃ fermen
to veteris ꝯsuetudinis obstinati. Re/
ferunt etiã cum iã e monte syon descen
derent. sacrum corpus dei genitricꝫ fe
rentes hebreum quẽdã organũ diabo
li. temerario actum impetu. diabolicq̃
impulsuz incursu. ad sacrum corp⁹ ac/
cessisse ad q̃d angeli trepidabant acce/
dere ac vtraq̃ manu furibũde lectum
arripiens ad terraz traxisse. Fertur tñ
manus illi tanq̃ ligna arida decidisse
Eratq̃ videre tãq̃ truncũ inutilẽ do/
nec fides mentẽ alterauit. suicq̃ sceleris
penituit ingementẽ. Hi aũt qui porta
bant feretrum stetere donec miser ĩpo/
nens manũ sacratissimo corpori ad ta
ctum eius in statum p̃stinuz reuocat̃.
Inde igit̃ adit̃ gethsamani. vbi oscu/
la complex⁹. hymni sacri. lachrymie. su
doris gutte fluentes. ⁊ sic sacrũ corpus
venerabili in sepulchro ponit̃. Sz nõ
est derelicta ania tua in inferno nec cor
pus tuũ vidit corruptionez. Decebat
aũt dei sacrariũ. fontẽ indefossuz. agrũ
inaratũ. vineã nõ irrigatã. oliuã fructi
feram terre gremio nõ teneri. Decuit
matrẽ a filio sublimari vt ad ip̃m ascẽ
dat sicut ad ip̃az descẽderat. vt q̃ ĩ p̃tu
ꝑuauit v̄ginitatẽ. p⁹ mortẽ corp⁹ nõ vi/
deat corruptionẽ. ⁊ q̃ creatorẽ portauit
in sinu in diuis tabernaculis cõmoret̃
⁊ quã pater despõsauit ĩ sponsaz ĩ cele
stibus thalamis ꝯseruetur ⁊ a mr̃e q̃
sunt filij possideank̃. Hec damascen⁹.
P Sctũs q̃z aug⁹. in q̃dã ꝑmõe ei⁹
sacratissimã assumptõez ml̃tipl̃r ostẽ/
dit dicens. De sanctissimo corpe ꝑpe/
tue v̄ginis eiusq̃ sacre anĩe assumptõe
loq̃ suscipiẽtes h̃ p̃mũ dicim⁹. q̃ ĩ scri/
pturis postq̃ eã dñs ĩ cruce discipulo
cõmẽdauit nihil de ea repit̃. p̃terq̃ q̃d
lucas cõmemorat ĩ actib⁹ di. Hi oms
erãt p̃seuerãtes vnanimit̃ ĩ orõe cũ ma
ria mr̃e iesu. Quid g̃ de morte q̃d de

eius assumptõe dicendũ est. Vñ scri-
ptura nihil cõmemorat nisi q̃rẽdũ ra-
tõe qđ ꝯsentiat ꝟitati. Fiat g̃ ip̃a veri
tas autoritas sine q̃ nec valz autoritas
Mẽores igit̃ ꝯditõis hũane mortẽ il
lã subijsse tp̃alẽ dicere nõ metuimus.
Sed si dicim⁹ eã resolutã ĩ cõez putre
dinẽ vermẽ ac cinerẽ deliberãdũ ẽ si tã
te ꝯueniat sctitati tãte aule dei p̃roga
tiue. Scim⁹ enĩ dictũ p̃mo p̃enti. qꝛ
puluis es ⁊ ĩ puluerẽ ibis. Hãc ꝯditõ
nẽ caro xp̃i euasit q̃ corruptõnez nõ su
stinuit. Excipit̃ g̃ ab illa generali snia
de ꝟgine sumpta natura. Mlieri q̃cq̃
dñs dixit. Mltiplicabo erũnas tuas.
In dolore paries. Erũuã maria susti
nuit. cui⁹ aĩam gladi⁹ p̃trãsiuit. Sed
sine dolore genuit. Maria g̃ ⁊ si com-
mũicat erũnis eue. nõ tñ cõicat partu-
riẽdo cũ dolore. Excipit̃ g̃ a q̃busdaz
generalibus quã tãta attollit dignita
tis p̃rogatiua. Si ergo dicim⁹ mortẽ
eã subijsse: nec tñ vincul' eius retineri.
nũquid ĩpiũ erit si voluit dñs integꝝ
mr̃is ꝟginitatis ꝟuare pudorẽ. cur nõ
velit incorruptã a putredis ꝟuare feto
re. Nunq̃d nõ p̃tinet ad benignitatem
dñi mr̃is ꝟuare honorẽ: q̃ legẽ soluere
nõ venerat sz adimplere. Qui enĩ ĩ vi-
ta p̃ ceteris illã gr̃a sui ꝯcept⁹ honora
uit piũ ẽ credere eã ĩ morte singl'ari sal
uatõe ⁊ spẽali gr̃a honorasse Putredo
⁊ ꝟmis hũane ẽ opprobiũ ꝯditõnis.
Ab h̃ opprobrio cũ iesus sit alienus.
natura marie excipit̃ quã iesus đ ea as
sumpsisse p̃bat. Caro enĩ iesu caro est
marie. quã sup̃ astra trãsuexit honorãs
oẽm hũanã naturã. ⁊ mlto magꝫ ma
ternã. Si natura mr̃is est fili⁹ ꝯueni-
ens ẽ vt sit ⁊ filij mr̃ nõ q̃tũ ad vnita-
tẽ p̃sone sed q̃tũ ad vnitatẽ corp̃al' na
ture. Si enĩ vnitatẽ facere p̃ot gratia
sine p̃prietate spẽal' nature. q̃nto magꝫ
gr̃e vnitas ⁊ corp̃al' spẽal' natiuitas.
Vnitas gr̃e est vt discipuloꝝ in chri-
sto de q̃bꝫ dicit. Vt sint vnũ sic̃ ⁊ nos
Et postea. Pater volo vt vbi suz ego
⁊ illi sint mecuz. Si igit̃ secũ hr̃e vult
eos q̃ hic sua fide vniti vnũ cũ eo eẽ iu
dicant̃. q̃d existimãdũ ẽ de matre vbi
digna sit haberi nisi in p̃sentia filij. q̃tũ
igit̃ intelligo. q̃tũ credo marie aĩa
excellẽtiori q̃dã p̃rogatiua a filio ho-
norat̃. possidẽs in xp̃o corp⁹ suũ qđ ge
nuit gl'ificatũ. ⁊ q̃re nõ suũ p̃ qđ genu-
it. Si ñ obuiauerit necdũ p̃specta au-
toritas ꝟe credo ⁊ p̃ qđ genuit. Quia
tãta sctificatio dignior est celo q̃ terra
Thronũ dei. thalamũ spõsi. domum
dñi atq̃ tabernaculũ xp̃i dignũ est ibi
esse vbi ip̃e est. Tã p̃ciosum thesaurũ
digni⁹ est celũ q̃ terrã seruare. Tantã
integritatẽ merito ĩcorruptibilitas ñ
putredis vlla resolutio sequit̃. Illđ sa
cratissimũ corp⁹ in escã ꝟmib⁹ traditũ
qꝛ sentire non valeo dicere p̃timesco.
Quã exĩstimatõem p̃cul pellit incõpa
bilis gratie mun⁹. Qđ me dicere mul
taꝝ scripturaꝝ ꝯsideratio ĩuitat. Su
is aliq̃n mĩstris ꝟitas ait. Vbi ego sũ
illic ⁊ mĩster me⁹ erit. Si hec ẽ genera
lis snia oĩm p̃ fidẽ et op̃ationẽ christo
mĩstrãtiũ. q̃nto magis q̃dãmodo spe-
cialit̃ marie q̃ absq̃ dubio oĩ op̃e mĩ-
stratrix extitit. que hũc in vtero gessit.
partuq̃ p̃fusum aluit ⁊ fouit. ⁊ in p̃se-
pio reclinauit. ⁊ fugiẽs ĩ egyptũ abscõ
dit. ⁊ oẽm infantiã ei⁹ p̃secuta vsq̃ ad
crucẽ ab eius nõ recessit sectatu. Non
potuit aũt ei⁹ diuĩtatis nõ eẽ credula
q̃ se nouerat hũc nõ virili semĩe sed di
uino spiramĩe ꝯcepisse. Vñ de filij po
testate tãq̃ de dei ꝟtute nõ nutabũda
deficiẽte vino dixit. Vinũ nõ habent.
sciẽs eũ h̃ potuisse. qđ euz mox ꝯtigit
miracl'o ꝯpleuisse. Ecce igit̃ maria fi-
de ⁊ op̃e xp̃i mĩstratrix si ibi nõ fuerit
vbi xp̃s mĩstros suos vult esse. vbi g̃
erit. ⁊ si ibi fuerit nũq̃d eq̃li gr̃a. ⁊ si eq̃
li gr̃a vbi equa dei cẽsura q̃ reddit vni
cuiq̃ ꝟm merita. Si merito p̃ om̃ib⁹
marie viuẽti tãta est gr̃a donata. et g̃-
tia mortue erit minuẽda: absit. Si eĩ
omniũ sanctoꝝ mors est preciosa. ma-
rie mors est preciosissima. Confiden-
dum igit̃ cẽseo mariam ad eternitatis

gaudiū assumptā benignitate xp̄i. et honorabili⁹ succeptā ceter⁹ quā gratia honorauit p̄ ceter⁹. Atq; ad cōez hūanitatē nō eē abductā post mortē putredinis. vicz ꝟmis ⁊ pulueris q̄ suum ⁊ omniū genuit saluatorē. Si elegit diuina volūtas int̄ igniū flāmas puerorū vestimēta ꝟuare illesa. cur abnuat i mr̄e ꝓpria qd̄ elegit i veste aliēa. Jonā ꝟuare in vētre ceti incorruptū voluit sola miscdia. mariā incorruptā non ꝟuabit gr̄a. Seruat⁹ est daniel i d̄speratissima fame leonū. nō ꝟuāda ē maria tāt⁹ donata etiā merit⁹ dignitatū. Hec g̃ cūcta q̄ diximꝰ qꝛ naturā ñ seruasse cognoscimꝰ. in integritate quoq; marie plus gr̄az q̄ naturā potuisse nō dubitamꝰ. Xp̄s ergo letari fac̄ mariā aīa ⁊ corpe in se ꝓprio filio. nec vllā seq̄ corruptōis erūnā quā nulla secuta est i pariēdo filiū integritat⁹ corruptō. vt sit sp̄ icorrupta quā tāta ꝑfudit g̃tia. sit integlit̄ viuēs q̄ oīm integrā genuit vitā. Si g̃ dixi vt debui approba xp̄e tu ⁊ tui. Si ꝟo nō vt debui ignosce obsecro tu ⁊ tui.

Legenda cxv. A

De sctō Bernardo

b Ernardus dicitur aber qd̄ est pute⁹ vel fons. ⁊ nard⁹. q̄ vt dicit glo. super Cātica. herba ē hūil' ⁊ calide nature ⁊ odorifera. Fuit eī calidus in feruēti amore. hūil' i ꝯuersatōe. fōs in doctrine emanatōe. pute⁹ i scie ꝓfūditate. ⁊ odorifer⁹ in fame suauitate. Ei⁹ vitā Guilhelm⁹ abbas scti Theodorici soci⁹ bti Bernardi ⁊ Hernaldus abbas bone vallis scp̄sert B

Bernard⁹ i burgūdia castro fōtanis ex nobilib⁹ valde ac religios ꝑentib⁹ ort⁹ ē. Cui⁹ p̄r decelinus miles secl'o strenu⁹ nec minus deo religiosus. mr̄ ꝟo aaleth nūcupata ē. Hec septē filios genuit. sex mares ⁊ feminā vnā. Mares aūt oēs mōachos futuros. feminā aūt sctimonialē ꝓmiserat. Mox aūt vt filium partu ediderat manib⁹ ꝓprijs ip̄m deo offerebat. Alienis vberib⁹ ip̄os nutri refugiebat. q̄si cū lacte materno materni q̄dāmodo boni infundēs eis naturā. Cū aūt creuissent q̄dīu sub manu eius erāt heremo mag⁹ q̄ curie nutriebat. cibis grossiorib⁹ ⁊ cōmūib⁹ pascēs eos q̄si ꝯtinuo ad heremū transmittēdos. Cū igit̄ terciū filiū. s. bernardū adhuc in vtero gestaret vidit somniū p̄sagiū futuroꝝ. catellū. s. totū candidū. totū in dorso subrufum ⁊ latrātē in vtero se habere. Qd̄ cū cuidā viro dei exposuisset. ille ꝓphetica voce respōdit. Optimi catelli mr̄ eris q̄ domus dei custos futur⁹ magnos cōtra inimicos dabit latrat⁹. Erit eni p̄dicator egregi⁹. ⁊ mltos medicinal' lingue gr̄a curatur⁹. Cū aūt btūs bernard⁹ adhuc puerul⁹ eēt. ⁊ g̃ui dolore capitis egrotaret. veniētē ad se mlierculā vt dolorē suis carmib⁹ mitigaret cū indignatiōe nimia exclamās repulit ⁊ abiecit Pueruli aūt bono zelo misericordia dei nō defuit. sed tūc continuo surgēs liberatū se esse cognouit.

In sacratissima dñice natiuitat⁹ nocte cū puer bernard⁹ matutinale officiū i ecclesia expectaret. ⁊ q̄ hora noct⁹ christus nat⁹ fuissz scire cupet. apparuit ei puerul⁹ iesus q̄si iteꝝ añ oclos suos nascēs ex vtero mr̄is. Vñ q̄dīu vixit hanc fuisse horā natiuitat⁹ dominice sp̄ putauit. Ab illa g̃ hora in his q̄ ad illud ꝑtinent sacramentū. ⁊ sensus ei ꝓfundior ⁊ sermo copiosior dat⁹ est Vñ ⁊ postmodū i laudē genitricis et geniti int̄ ip̄a suoꝝ tractatuū ītia insigne opusculū edidit. in q̄ illā lectōnem euāgelicā missus ē gabriel āgelus explanauit. Vidēs antiqu⁹ hostis ꝓpositū pueri tā salubre. eius castitat⁹ ꝓposito inuidit. mltosq; sibi laqueos tēptatōnis apposuit. Cū eni aliq̄ndo in quandā feminā oculos defixos ali q̄dīu tenuisset. cōtinuo de seip̄o erubescens in semetip̄m seuerissim⁹ vltor i

surgit. ac in stagnū gelidaꝝ aquarum
insiliēs. tādiu ibidē ꝑmāsit donec pe/
ne exanimis effect⁹ ꝑ gr̄am dei a calo
re carnalis cōcupiscētie tot⁹ refriguit.
C Circa idē tēpus instinctu demo/
nis puella q̄dā i lectū dormientꝫ se nu
dam iniecit. Quā ille sentiēs cū oī pa
ce et silētio partē lectuli quā occupaue
rat derelinq̄ns ei cessit. ⁊ in latus alte/
rū se ꝯuertens dormiuit. Misera ꝟo
illa aliq̄ꝫdiu sustinēs ⁊ expectās dein/
de palpās ⁊ stimulās nouissime cum
immobilis ipē ꝑsisteret. illa licet ipu/
dentissima essꝫ erubuit. ⁊ horrore in/
gēti atq̄ admiratiōe ꝑfusa surgēs au/
fugit. Cū iterū in domo cuiusdam
matrone hospitaret̄. illa adolescentez
aspectu decoꝝ cōsiderās vehementer
in ꝯcupiscētiā eius exarsit. Cū aūt se
orsum lectū sibi sterni fecisset. ipa i pu/
denter ⁊ silēter de nocte surgēs ad euz
accessit. Quā ille sentiēs ꝓtinus excla
mauit. Latrōes latrones. Ad quā vo
cē mulier fugit. familia surgit. lucerna
accendit̄. latro q̄rit̄ sed mime inuenit̄.
Ad lectulos singuli redeūt. Quiescūt
ceteri sed nō illa misera req̄escit. Nam
denuo exurgit. bernardi lectulū petit.
Sed ille latrōes latrōes denuo excla/
mauit Latro iteꝝ querit̄ sed neq̄q̄ ab
eo q̄ solus nouerat publicat̄. Vsq̄ ter
cio improba mlier sic repulsa. vix tan/
dē metu vel desꝑatione victa cessauit
Cū aūt seq̄nti die iter ageret. arguen/
tes eū socij q̄ totiēs latrones somnia/
uerit ꝑquirebant. Quibꝫ ille ait. Ve/
raciter hac nocte insidias ꝑpessus suz
latrōis. qꝛ hospita mihi nitebat̄ aufer
re thesauꝝ incōꝑabilē castitatꝫ. Per
pendens igit̄ nō esse tutū cohabitare
serpēti fugā meditari cepit. ⁊ ordinez
cisterciensiū extūc ingredi deliberauit.
Quod cū frēs ei⁹ cognoscerēt. et eum
ab h̄ ꝓposito modis oibꝫ ꝓhiberēt. tā/
tam ei gratiā dn̄s contulit. vt nō solū
ipē a cōuersione nō ꝓhiberet̄ sed om̄s
fratres suos et multos alios ad religi
onē dn̄o lucraret̄. Gerardus tū frater
eius miles strenuus hec fratrꝫ ꝟba va
na putabat ⁊ eius oīno monita repel
lebat. Tūc Bernard⁹ fide iā igneus
⁊ fraterno charitatis zelo mirum i mo
dū exasperatus. scio inq̄t frater mi scio
sola vexatio intellectū dabit auditui.
Digitūq̄ lateri eius apponēs. veniet
inq̄t dies ⁊ cito veniet q̄n lācea latus
hoc ꝑforabit ⁊ ad cor tuū cōsilio q̄d
abijcis viā dabit. Post paucos dies
Gerard⁹ ab inimicis capit̄. et in loco
cui frater digitū imposuerat infixā lā/
ceā gestans trahit̄ ⁊ in custodia vincu
lat̄. Ad quē Bernard⁹ veniēs cum si/
bi loqui nō ꝑmitteret̄ ad eū exclama/
uit. Scito frater gerarde qꝛ i ꝓxio itu
ri sumus ⁊ monasteriū intraturi. Ea/
dem nocte cōpedes de eius pedibꝫ ce/
ciderunt. et ostio per se apto letus au
fugit. Indicauitq̄ fratri se mutasse ꝓ
positū et fieri velle monachū. D
Anno ab incarnatōne dn̄i millesimo
cētesimoduodecimo a constitutōe do/
mus cisterciensiū decimoq̄nto seruus
dei Bernard⁹ annos nactus circiter
vigintiduos cum socijs ampli⁹ q̄ꝫ tri
ginta ordinē cisterciensiū ingressus ē.
Cū aūt Bernard⁹ cū fratribꝫ suis do/
mū paternā egrederet̄ Guido primo
genitus vidēs Niuardū fratrē suum
minimū puerū ludentem in platea cū
pueris Eya inquit frater Niuarde ad
te solū respicit omnis terra possessiōis
nostre. Cui nō pueriliter puer respon
dit. Vos ergo celū habebitis. et mihi
solum terrā relinquitis. Non ex equo
diuisio facta est hec. Modico igit̄ tem
pore cū patre remāsit. sed fratres post
modū secutus est. Ingressus igit̄ ordi
nē seruus dei Bernard⁹ ita totus in
spiritū absorptus est ⁊ deo totalit̄ oc/
cupatus vt iam nullis sensibꝫ corpo/
ris vteret̄. Iam quippe annū in cella
nouicioꝝ exegerat. et adhuc an dom⁹
haberet testudinē ignorabat. mlto tē/
pore eccl̄iam intrās ⁊ exiens i capite
vbi tres erāt vnā tm̄ putabat eē fene/
strā. Abbas āt cistercien̄. fratres ad

edificandū domū clareuallēsem misit
ꝛ eis sctm̄ bernardū ī abbatem p̄fecit.
Qui mlto ibidē tpe in nimia paup ta
te degebāt. ꝛ pulm̄ta sepi⁹ ex folijs fa
gi ꝯficiebāt. vigilabat aūt ꝟu⁹ dei vl
tra possibilitatē hūanā. Nullū eni tē
pus se magis ꝑdere ꝯqueri solebat q̄
q̄ dormiuit. idoneā satꝫ reputās ꝯpa
tōnem somni et mortis. vt sic dormiē
tes videant mortui apd̄ hoīes quō a
pud deū mortui dormiētes. Vn̄ etiaꝫ
si quē forte duri⁹ stertētem audiret seu
minus cōposite videret iacētē. patient
ferre vix potuit ꝛ carnalit seu secularit
eū dormire causabat. Ad comedēduꝫ
vix aliq̄ voluptate trahebat appetit⁹.
sed solo timore d̄fect⁹. sic accedebat ad
sumēdū cibū q̄si ad tormentū. P⁹ ci
bū q̄ntū comederit sēp cogitare solit⁹
erat. Si qn̄ vel ad modicū mēsurā so
litā excessisse se dep̄hēdit ipune abire
nō patiebat. Sic gule illecebras edo
muerat. vt ipam q̄ꝫ sapoꝝ discretōnes
ex magna pte ꝑdiderit. Nā ꝛ oleū ꝑ er
rorē sibi aliqn̄ ꝓpinatū bibit et penit⁹
ignorauit. nec pri⁹ id ē cognitū donec
q̄dē labia eius miraret inūcta. Sagi
mē insup crudū ꝑ errorē sibi oblatum
ꝓ butiro multis diebꝫ noscit comedis
se. Solā aūt aquā sibi sape dicebat.
eo q̄ dū sumeret fauces et guttur ei re
frigeraret. Quicq̄d ī scripturꝫ didice
rat maxie in siluis ꝛ ī agrꝫ meditādo
ꝛ orādo se ꝯfitebat accepisse et nullos
se aliqn̄ mgr̄os habuisse nisi querc⁹ et
fagos. int amicos dicere solebat De
niq̄ cōfessus ē aliqn̄ meditāti vel orā
ti sacrā oēm velut suppositā vel expo
sitā sibi apparuisse scripturā. Quo
dā tpe sicut ipe in cāticis refert. cū int
loquendū ex his q̄ suggerebat spirit⁹
ꝛ si nō infideli minus tn̄ fidēti aīo re
seruaret vt haberet q̄d diceret denuo
tractatur⁹. ecce vox ad eū venit dicēs.
Donec istd̄ tenueris aliud nō accipies.
E In vestibꝫ ei sp̄ pauptas placuit
sordes nūq̄ nimiꝝ aī fore indices aie
bat. aut negligētꝫ aut apd̄ se inaniter
gl̄iantis. aut foris hūanā gl̄iam affe
ctātis. Prouerbiū illd̄ in ore ei⁹ freq̄n
ter semper ī corde erat. Qui hoc facit
qd̄ nemo mirāt oēs. Vn̄ ꝛ ciliciū pl̄i
bus annis portauit. q̄diu occl̄tū esse
potuit. Sed vbi hoc cognitū eē sensit
ꝯtinuo illd̄ abijciēs ad cōmunia se cō
uertit. nūq̄ sic risit vt nō poti⁹ ad ridē
dū q̄ ad reprimēdū vim sibi facere op
teret et risui suo magis stimulū adhi
bere q̄ frenū. Cū aūt patiētie genus
solit⁹ erat dicere tripartitū. vicꝫ ad ꝟ
boꝝ iniurias. ad dāna reꝝ. ad corpis
lesionē. hanc ipe his exemplis se habe
re ꝓbauit. Cū eni cuidā epo amicabi
lit eū admonēs q̄ndā scp̄sisset epl̄am
ille vehemēter exacerbat⁹ amarissimā
ei scripsit epl̄am in p̄ncipio ita dicens
Salutē ꝛ nō spm̄ blasphemie tāq̄ ex
spū blasphemie illa scp̄sisset. Ad qd̄ il
le. Ego spm̄ blasphemie me hr̄e non
credo. nec maledixisse cuiq̄. aut male
dicere me velle scio p̄serti p̄ncipi ꝓpl̄i
mei. Quidā abbas ꝑ vno cenobio
ꝯstruēdo sexcentas marcas eidē misit
argēti. Sed tota pecunia dū deferret
a p̄donibꝫ sublata ē. Quo audito ni
hil aliud dixit nisi bn̄dictus de⁹ q̄ no
bis pepcit ab onere. Sꝫ ꝛ ill̄ inq̄t q̄ tu
lerūt. leuius ē ferēdū. tū qꝛ h̄ hūana cu
piditas sustulit. tū qꝛ magna pecunia
magnā eis tēptatōis occasionē inges
sit. Quidā insup canonic⁹ regula
ris ad eū venit. ꝛ vt ī monachū recipe
tur instant rogauit. Cui cū ille nō acq̄
esceret sꝫ ad suā eccl̄iam redire ꝑsuade
ret ait ille. Ad q̄d g̃ in librꝫ tuis ꝑfecti
onē tātope ꝯmēdasti si eā nō exhibes
cupiēti. vtinā illos tuos haberē libros
vt eos penit⁹ lacerarē. Cui ille. In nul
lo eoꝝ legisti nō posse te ī tuo claustro
esse ꝑfectū. Moꝝ correctōeꝫ nō locoꝝ
mutatiōeꝫ ī libris oibꝫ ꝯmēdaui. Ille
ꝟo insan⁹ ī eū impetū faciēs tā g̃uiter
maxillā ei⁹ ꝑcussit vt succederet rubor
ictui ꝛ tumor rubori. Jā q̄ aderāt ī sa
crilegū insurgebāt. Sꝫ p̄uenit eos ser
uus dei clamās ꝛ adiurās ꝑ nomen

christi vt nullatenus tangeret. uec sibi
q̄cq̄ iniurie iferret. Nouicijs āt itra
re volētib⁹ dicere ꝯsueuerat. Si ad ea
q̄ intus sūt festinat⁹. hic foris dimitti/
te corpa q̄ de secl'o attulistis. Soli spi
rit⁹ ingrediāt. caro aūt nō ꝓdest q̄cq̄.
Pater eius q̄ sol⁹ domi remāserat ad
monasteriū iuit. ⁊ ibidē post aliq̄d tē/
pus in senectute bona decessit. F
Soror aūt eius secl'o nupta. cū in di/
uitijs ⁊ delicijs secl'i ꝑiclitaret. quadā
vice frēs suos ad mōasteriū visitatura
accessit. Cūq̄ venisset cū comitatu et
apparatu supbo. ille eā tanq̄ rhete di
aboli ad aīas capiēdas abhorruit nec
ad vidēdū eā exire aliq̄ten⁹ acq̄euit
Uidēs illa ꝙ null⁹ fratꝝ suoꝝ occurre
ret: sed ab vno eoꝝ q̄ tūc portari⁹ erat
sterc⁹ inuolutum diceret. tota i lachry
mis resoluta ⁊ si peccatrix sum inq̄t ꝓ
talib⁹ christ⁹ mortu⁹ est. Quia eni pec
catricē me sentio. idcirco ꝯsiliū ⁊ collo/
quiū bonoꝝ requiro. Et si despicit fra
ter meus carnē meā. ne despiciat ꝓuus
dei aīam meā. Ueniat ⁊ ꝑcipiat. ⁊ q̄c
q̄d ꝑceperit adiplebo. Hāc ḡ ꝓmissio
onē tenēs exijt ad eam cū fratrib⁹. ⁊ qr
eā a viro separe nō poterat ꝑio ei om
nē gl'iam mūdi interdixit. ⁊ formā ma
tris imitandā eidē indicēs illā dimisit
Illa ꝟo rediēs ita repente mutata est
vt i medio secl'i vitā ducerz heremiticā
⁊ oī secl'o ꝓrsus se faceret alienā. Tan
dē ꝑcib⁹ multis virū suū vicit. ⁊ ab ip/
so absoluta monasteriū itrauit Jn/
firmatus aliq̄n vir dei cū extremū iaz
spiritū trahere videret in excessu men
tis sue ante tribunal dei visus est ꝑsen
tari. Affuit aūt et sathan ex aduerso i
ꝓbis eū accusatōib⁹ pulsans. Ubi
ꝟo ille oīa fuerat ꝓsecut⁹. ⁊ viro dei ꝓ
sua fuit parte dicendū. nihil territ⁹ aut
turbat⁹ ait. Fateor nō sum dign⁹ ego
nec ꝓprijs possum meritis regnū obti
nere celoꝝ. Ceteꝝ duplici iure illd ob/
tinēs dn̄s me⁹ hereditate. s. ꝑris ⁊ me
rito passiōis. altero ipe cōtent⁹ alterū
mihi donat. Ex c⁹ dono iure illd mihi
vēdicās nō ꝯfūdor. Cōfusus in hꝟbo
inimic⁹ ꝯuēt⁹ ille solut⁹ ē. ⁊ vir dei i se
reuersus ē. Tāta āt abstinētia labore
⁊ vigilijs corp⁹ suū attriuit ꝙ et ḡuissi
ma ⁊ vere ꝯtinua egritudie lāgues cō
uentū vix seq̄ possz. Quadā vice dū
ḡuissime ifirmaret. fratrib⁹ ꝓ eo instāt
orātib⁹ aliq̄ntulū ꝯualuisse se sensit. cō
gregat⁹ aūt fratrib⁹ dixit Quid tenet⁹
miseꝝ hoīez. Fortiores est⁹ ⁊ iualuist⁹
Parcite q̄so parcite ⁊ sinite me abire.
A mult⁹ aūt ciuitatib⁹ vir dei i ep̄m
electus. ꝑcipue a ciuitate ianuēsi ⁊ ciui
tate modiolanēsi. petētib⁹ se nec ānu/
ens nec iprobe renuēs dicebat se n̄ esse
suū sz alioꝝ ꝓuitio deputatū. Frēs aūt
ex ꝯsilio viri dei sibi ꝓuiderāt. ⁊ sūmi
pōtificis aucte muniti erāt ne q̄s gau/
diū suū ab eis tollere possz Quodā
tpe cū frēs cartusienses visitassz. ⁊ ipsi
ab eo i oīb⁹ pl'imum edificati fuissent.
vnū fuit qd̄ ꝑdicti loci ꝓorē aliq̄ntulū
mouit. s. ꝙ sella cui eq̄tādo insedebat.
min⁹ neglecta erat et paꝝ ꝑferēs pau/
ꝑtatē. Qd̄ cū dict⁹ ꝓor vni ex fratrib⁹
⁊ ille viro dei retulissz nō min⁹ ipe mi/
ratus q̄lis esset sella q̄rebat. Nā a cla/
ra valle vsq̄ cartusiā venerat. ⁊ tn̄ q̄/
lis essz sella pēit⁹ ignorabat. Juxta
lacū lausanēsem toti⁹ diei itinere ꝑgēs
penit⁹ eū nō vidit. aut se videre non vi
dit. Cū eni sero facto de eodē lacu so/
cij loq̄rent introgauit eos vbi nā lac⁹
ille eēt. Qd̄ illi audiētes pl'imū admi/
rati sunt. G Uincebat sane in eo
sublimitatē nois hūilitas cordis. Nec
tā poterat vniuersus eū erigere mūd⁹
q̄ se ipe dijcere sol⁹. Sūm⁹ reputabat
ab oīb⁹ infimū ipe se reputās. ⁊ quē si
bi oēs ipe se nemi ꝑferebat. Deniq̄ si
cut sepi⁹ fatebat int sūmos q̄z honores
⁊ fauores populoꝝ alteꝝ sibi mutuat⁹
hoīem videbat. seq̄ poti⁹ reputabat
absentē velut quoddā somniū suspica
tus. Ubi ꝟo int simpliciores frēs erat
⁊ amica sp licebat hūilitate frui. ibi se
inuenisse gaudebat. et i ꝓpriā redisse ꝑ
sonā. Sp aūt inuēiebat aut orās

aut legēs aut scribēs aut meditās aut fratres ꝟbo edificās. Quadam vice cū populo p̄dicaret ⁊ oēs verba ei⁹ attente ac deuote suscipent. ei⁹ aīo q̄daz tal' irrepsit tēptatio. Uere nūc optie p̄dicas. et ab oib⁹ libēter audiris et sapiēs ab omnib⁹ reputaris. At vir dei tali tēptatōe pulsari se sentiēs parūper substitit. ⁊ an ꝓcederet vel finē faceret cogitare cepit. Statimq̄ diuīo ꝯfortatus auxilio tēptatori silent' respōdit. Nec ꝑ te incepi nec ꝑ te dimittaz. Sicq̄ securus p̄dicatōez vsq̄ ad finē ꝓsecutus ē. Monachus q̄dā q̄ in seclo ribald⁹ fuerat atq̄ lusor maligno stimulatus spū ad seculū redire voluit. Cū aūt btūs bernard⁹ eū retinere n̄ posset. interrogauit eū vn̄ victurus esset. Qui rn̄dit. Ad taxillos ludere scio ⁊ inde viuere poto. Et ille. Si tibi capitale ꝯmisero vis singul' ānis ad me venire. et lucꝝ mecū diuidere. Qd̄ ille audiēs gauisus est. ⁊ se libēter sic actu rū ꝓmisit. Uiginti igit' solidos ei dari p̄cepit. Et ille cū illis abijt. Hoc āt faciebat vir sctūs vt eū iteꝝ reuocare posset. sicut ⁊ postmodum factum est. Ille igit' abiens totū ꝑdidit ⁊ ad portā cōfusus redijt. Quo audito vir dei ad eum letus exijt. extēditq̄ gremium vt simul diuideret lucꝝ. Cui ille Nihil pater lucrat⁹ sum sed etiā capitali nostro nudat⁹ sum. Si vultis ꝓ nr̄o capitali recipite me. Cui bernard⁹ bēigne respondit. Si ita inq̄t est meli⁹ est vt hoc recipiā q̄ sil' vtrūq̄ ꝑdā. Quadam vice dū btūs bernard⁹ iumēto īsidens aliquo ꝑgerz. cuidā rustico ma ꝑia sic se offerēte de cordis instabilitate in orōe est ꝯq̄stus. Qd̄ ille audiēs mox eū despexit. et in orōib⁹ suis cor firmū ⁊ stabile habere se dixit. Uolēs autez bernard⁹ eū ꝯuicere ⁊ a sua temeritate coercere dixit. Seq̄strare paulisꝑ a nobis. et tota q̄ poteris intentōe oratione dn̄icam inchoato. Quā si absq̄ aliqua cordis digressiōe ⁊ vagatōe finire poteris iumētū cui insideo tuū ꝓculdubio mox habebis. Tu aūt mihi in fide tua spondeas q̄ si aliud ibidez cogitaueris h̄ mihi aliq̄teu⁹ nō celab. Letat' ille. ⁊ tanq̄ iumentū iā lucratū se reputās audact' secedit. ⁊ seip̄m r̄colligens orōem dn̄icā dicere inchoauit. Uix orōis expleuit dimidiū. ⁊ ecce importuna cogitatio de sella cordi suo se ingerit vtꝝ eā hr̄e debeat cū iumento Qd̄ ille aduertēs ꝯcit⁹ ad bernarduz redijt. et q̄d ip̄e in orōe sollicite cogitauerit indicauit. ⁊ de se postea temere n̄ p̄sumpsit. H Frat' Robert⁹ ei⁹ monach⁹ ⁊ s̄m seculū ꝓpinqu⁹ ī adolescētia sua q̄rūdā ꝑsuasiōe deceptus cluniacū se cōtulerat. Uenerabil' aūt pr̄ postq̄ aliq̄diu dissimulauit eūdē statuit ꝑ epl'am reuocare. Quā dū sub diuo dictaret ⁊ ali⁹ mōach⁹ eā ex ore suo ꝯscriberet subito inopinat⁹ imber erupit. ⁊ hic q̄ scribebat cartā ꝯplicare voluit. Cui bernard⁹. Opus dei ē scribere ne formides. Scripsit g̊ epl'az ī medio imbre sine imbre. Cū eni vndiq̄ plueret. ibidē tn̄ molestiā imbris ꝟt⁹ expulit charitatis. Cū q̄dā monasteriū q̄ vir dei ꝯstruxerat occupasset muscaꝝ incredibil' multitudo. ita vt oībus grauē molestiā generarēt. ille dixit. Ego excōico eas. Mane aūt oēs parit' mortuas inuenerūt. Cū a sūmo pōtifice mediolanū missus fuisset vt ip̄os cū eccl'ia recōciliaret. ⁊ iā papiā redisset. q̄dam vxorē suā demoniacā ad eū adduxit. Moxq̄ ꝑ os misere mīieris diabol⁹ in ꝯtūelias ei⁹ ꝓrupit dicēs. Nō me de anicl'a mea h̄ porulos edens ⁊ brasicas deuorās pellet At vir dei ip̄am ad eccl'iam btī syri remisit. Btūs aūt syr⁹ hospiti suo deferre voluit. nec eidē aliq̄ꝑ curatōis impēdit. Sicq̄ iteꝝ ad btm̄ bernardū adducta est. Tūc diabol⁹ ꝑ os ei⁹ garrire cepit ac dicere. Nō me expellet syrul⁹ nec eijciet bernardin⁹. Ad hec s̄uus dei rn̄dit. Nec syrus nec bernardus te eijciet sed dn̄s iesus christ⁹. Mox vt ille orōem effudit spirit⁹ nequā dixit.

Quam libenter egrederer ab hac ani-
cula grauiter molestatus in ea. q̄ libē-
ter egrederer sed non possum. quia nō
vult magnus dominus. Cui sanctus
Et quis est magnus dominus. Cui
ille. Jesus nazarenus. Ad quem vir
dei. Vidisti ne vnq̄ eū. Quo rñdente
etiam. Ait. Vbi eū vidisti. Et ille. In
gloria. Et sctūs. Et tu in gl'ia fuisti.
Quo rñdente. Vtiq̄ ait. Quō inde
existi. Et ille. Cū lucifero multi cecidi
mus. Hec aūt oīa voce lugubri ꝑ os
vetule oīb⁹ audientib⁹ loquebat̄. Di-
xitq̄ ei vir dei. Nunq̄d in illā gl'iaz re
dire velles. At ille miro mō cachinnās
ait. Modo tardatū est. Tūc orāte vi-
ro dei demon de ml'iere exiuit. Sz cū
vir dei recessissz diabol⁹ ip̄am itez in
uasit. Vir aūt ei⁹ post eū accurrēs qd̄
acciderat indicauit. Ille aūt collo eius
alligari cartulā continētē hec ꝟba p̄ce
pit. In noīe dñi nostri iesu xp̄i p̄cipio
tibi demon ne hāc ml'ierē amodo con
tingere p̄sumas. Qd̄ cū factū fuissz ad
eā postea nō ē ausus accedere. Apd̄
aquitaniā q̄dā ml'er miserabilis erat.
q̄ a quodā demōe petulāte ꝛ icubo ve
xabat̄. sex eni annis abusus ē ea. et in
credibili vexauit libidine. Aduenīēte
aūt illuc viro dei demō ml'eri ne ad eū
accederet vehement̄ minat̄. qz nil ei ꝓ-
desse posset. ꝛ recedente eo ip̄e q̄ ei⁹ fu
erat amator crudelissim⁹ fieret ꝑsecu-
tor. At illa secure ad virū dei accessit.
ꝛ q̄ pareret̄ eū ml'to gemitu enarrauit
Cui ille. Tolle hūc meū baculū ꝛ in
tuo lectulo pone. ꝛ si q̄d agere p̄t agat
Qd̄ cū fecissz ꝛ i lectulo suo recūberet
adest ille cōtinuo. Sz nec ad ꝯsuetuz
opus nec ad ip̄m cubile p̄sumit accede
re. sed acerrime minat̄ ꝙ illo receden-
te se de ea atrocit̄ vindicabit. Qd̄ cuz
illa bernardo retulisset ille populū cō
uocauit. ꝛ oēs candelas in manu accē
sas habere p̄cepit. demonēq̄ cū vni-
uerso q̄ aderat cetu excōmunicauit. ac
ne ad illā vel aliā deiceps accessuz ha
beat interdixit. Sicq̄ illa a tali illusio
ne penitus liberata est. I Cum in
eadem ꝓuincia vir sanct⁹ legatōe fun-
geret̄ vt ducē aquitanie eccl'ie recōcilia
ret. ꝛ ille modis oībus recōciliari renu
eret. vir dei ad altare celebratur⁹ acces
sit. ip̄o duce tanq̄ excōmūicato p̄ fori
bus expectāte. Cum aūt pax dñi dixit
corpus dñicū sup̄ patenā ponit ꝛ secū
tollit. atq̄ ignea facie ꝛ flāmeis oculis
foras egredit̄. ꝛ ꝟbis terribilib⁹ comi-
tem aggredit̄. Rogauimus inq̄t te et
spreuisti nos. Ecce ad te ꝓcessit ꝟginis
filius qui est dñs ecclesie quā tu ꝑseq̄-
ris. Adest iudex tuus in cui⁹ noīe om
ne genu curuat̄. Adest iudex tuus ī cu
ius manib⁹ illa aīa tua deueniet. Nū-
quid et ip̄m sicut seruos eius cōtem-
nis. Resiste ei si vales. Statiq̄ dux
totus irriguit. ꝛ mēbris oīb⁹ dissolutz
ad pedes eius ꝓtin⁹ ꝓsiliuit. Quē vir
sctūs calce pulsans surgere iubet ꝛ dei
audire sniam. Ille aūt tremebūd⁹ sur
rexit. et q̄cq̄d vir sctūs p̄cipiebat pro-
tinus adimpleuit. Cū regnū ger-
manie ꝓ quadā magna sedāda discor
dia seruus dei intrasset archiepiscop⁹
moguntinensis venerabilē quendam
clericum obuium ei misit. Cui dum
clericus se sibi obuium a suo domino
missum fuisse diceret. vir dei respon-
dit. Alius dominus misit te. Mira-
tus ille se non nisi a suo domino archi
episcopo missuz fuisse affirmabat. E-
contra seruus christi dicebat. Falle-
ris fili falleris. Maior dominus est q̄
misit te christus. Quod clericus in-
telligens ait. Putas ꝙ monachus ve
lim fieri. Absit hoc a me. Non cogi-
taui nec ascendit hoc super cor meum.
Quid plura. In eodem itinere secu-
lo valefecit et a viro dei habitum su-
scepit. Cum quendā militem val-
de nobilem ad ordinē recepisset. ꝛ vi-
rum dei quodam tempore sequeretur
grauissima cepit temptatōne pulsari.
Cum autem eum quidā de fratribus
tā tristē videret causam tāte tristicie re
quisiuit. Cui ille respōdit. Scio inq̄t

scio q̄ nunq̄ amplius letus ero. Qd̄ ꝓbū cū dictus frater ad seruū dei retulisset. ille ꝓ eo attēti⁹ orauit. Statiq̄ ille frater q̄ tam grauit̄ tēptat⁹ ⁊ tam tristis erat tātū ceteris apparuit iocūdior et hilarior q̄ntū prius ceteris tristior. Cū autē ei dictus fr̄ ꝓbū mesticie qd̄ locut⁹ fuerat amicabilit̄ iproperaret ille rn̄dit. Et si tūc dixi nūq̄ amplius let⁹ ero. sed nūc dico. Nūq̄ amplius tristis ero. K Cū sctūs malachias ep̄s hybernie cui⁹ vitā plenā virtutib⁹ ip̄e descp̄sit ad xp̄m felicit̄ in monasterio suo migrasset. ⁊ vir dei ꝓ eo hostiā salutarē offerret. gl̄iam eius dn̄o reuelāte cog̊uit. ⁊ eodē inspirante post ꝯmunionē formā orōis mutauit. leta voce sic dicēs. Deus q̄ btm̄ malachiam sctōꝝ tuoꝝ meritis coeq̄sti. tribue q̄sum⁹ vt q̄ p̄ciose mortis ei⁹ festa agim⁹ vite quoq̄ imitemur exempla. Cui dū cātor innueret q̄ erraret ait. n̄ erro sed noui qd̄ dico. Deinde accedēs sacra eius vestigia osculat̄ Cū instāte q̄dragesima a multis fuissꝫ tirōib⁹ visitat⁹ rogauit eos vt in ill̄ saltē sacrꝫ diebꝫ a suis vanitatib⁹ et lasciuijs abstinerēt. q̄b⁹ nullo mō acq̄escentib⁹ iussit eis ꝓpinari vinū dicēs. Bibite poculū aīaꝝ. Quo hausto subito mutati recedūt. Et q̄ modicū tp̄s denegauerāt. totū tp̄us vite sue do dederūt. Tādeꝫ btūs bernard⁹ morti felicit̄ appropinq̄ns ait fratrib⁹ suis. Tria obs̄uanda vobis relinq̄ q̄ in stadio p̄sentꝫ vite q̄ cucurri memini me ꝓ virib⁹ obs̄uasse. Nemini scādalū facere volui. et si aliq̄n̄ accidit sedaui vt potui. Min⁹ sem ꝑ sensui meo q̄ alteri⁹ credidi. Lesus de ledente nunq̄ vindictā expetij. Ecce charitatē hūilitatē et patientiā vobis relinq̄. Deniq̄ postq̄ mlta miracula ꝑpetrasset. ⁊ centū sexagīta monasteria cōstruxisset. mltosq̄ libros ⁊ tractatus cōpilasset. ꝯsūmatꝫ vite sue diebus circit̄ annos sexagintatres. anno dn̄i. M. cliij. inter filioꝝ man⁹ obdormiuit in dn̄o. Post obitū suuꝫ multis gl̄iam suā manifestauit. Cuidā eni abbati in q̄dā mōasterio apparuit ⁊ vt se seq̄ret̄ admonuit. Qui duꝫ sequeret̄ dixit ei vir dei. Ecce ad montē libani venimus ⁊ tu hic manebis. ego aūt illuc ascēdā. Interrogat⁹ ab eo ad q̄d vellet ascēdere. discere inquit volo. Miratus ille q̄d inq̄t vis discere pr̄ cui nullū hodie in scia credim⁹ eē secūdū. Et ille. Nulla hic sciētia nulla veri cognitio. Sursum scie plenitudo sursum vera noticia ꝓitatis. Et in h̄ ꝓbo disparuit. Ille aūt diē notauit. et tūc virū dei bernardū d̄ corpe migrasse īuenit. Multa aūt alia ⁊ pene innumerabilia miracula ꝑ seruū suū deus opat⁹ est.

Legenda cxvj.

De sancto Timotheo. A

Timotheus quasi timorē tenēs. Vl̄ a timore ⁊ theos qd̄ est de⁹ q̄si timor dei. Causat̄ aūt iste timor in q̄libet viro sctō sicut ait Gre. cōsiderādo vbi fuit. vbi erit. vbi est. vbi non est. Vbi fuit qm̄ in pctō. vbi erit. in iudicio. vbi est ī miseria. vbi nō ē in gl̄ia.

B

Timotheus sub nerōe a prefecto vrbis rome dū grauit̄ torq̄ret̄. ⁊ calce viua ei⁹ plage aspgerent̄. ⁊ ip̄e in his gr̄as ageret. duo angeli sibi astiterūt dicētes. Erige caput in celū et vide. Aspiciēsq̄ vidit celos aptos. ⁊ iesum coronā gēmatā tenentē ⁊ dicentē sibi. Hāc d̄ manu mea accipies. Qd̄ q̄dā vir noīe apollinaris vidēs se baptizari fec̄. Quapropter p̄ses iussit ambos in ꝯfessiōe dn̄i ꝑseuerātes decollari. circa annum domini. lvij.

Legenda cxvij.

De sancto Simphoriano

Simphorianus dicit̄ a simphonia. Fuit eni tāq̄ vas musicū emittēs armoniā ꝓtutū. In q̄ tanq̄ ī vase musico tria fuerūt. Nā vt dic̄ Auerrois. sonatiuū debꝫ esse duꝝ ad resistēdū. lene ad ꝯtinuādū. latū ad iplēdū.

sic et simphorian⁹ tanq̄ vas musicuz fuit dur⁹ sibi ꝑ austeritatē. lenis alijs ꝑ mansuetudinē. latus oīb⁹ ꝑ charitatis amplitudinē.

Simphorian⁹ ī augustudinēsi vrbe ort⁹ dū adhuc adolescēs esset tanta moꝝ grauitate pollebat ꝙ senioꝝ vitā anticipare videret. Cū igit̄ pagani festū veneris celebrarēt ⁊ statuā añ eradiū p̄fectū deferrēt. simphorian⁹ affuit ⁊ nolēs eā adorare diu cedit̄ ⁊ carceri mācipat̄. Et cū eductus de carcere ad sacrificiū cogeret̄. ⁊ multa ei donaria ꝓmitterēt̄ dixit Deus nr̄ vt nouit remunerare merita ita nouit punire pctā. Vitā quā christo soluturi sum⁹ ex debito soluamus ex toto. Sera penitudo ē sub iudicꝫ timuisse ꝯspectu. Munera vr̄a fucata. mellis ꝑmixta dulcedīe male credulis mentib⁹ venena parturiūt. Cupiditas vr̄a oīa habēdo nil possidet. qꝛ diabolicis artib⁹ obligata miseri lucri detinet̄ cōpedib⁹. et gaudia vestra ī sil̄itudinē vitri cū ceperint splēdere frāgunt̄ Tūc iudex ira replet⁹ data snīa p̄cepit vt simphorian⁹ occideret̄. Qui cū ad locū duceret̄ mater ei⁹ de muro exclamās ait. Nate nate memēto eterne vite. Sursum respice ⁊ regnātē ī celo intuere. Tibi vita nō tollit̄ sed ī meli⁹ cōmutat̄. Mox igit̄ decollatus est. et a xp̄ianis corpus ei⁹ sublatū honorifice est sepultū. Ad cui⁹ sepulchꝝ tāta fiebant miracl'a vt etiā a paganis ī honore maximo haberet̄. Refert Greg. turonens̄ ꝙ de loco vbi sanguis eius effusus est q̄dā xp̄ianus tres lapillos sāguīe respsos sustulit. ⁊ in capsa argentea tabul' ligneis circumsepta locauit. Quā cū in quodā castro locassꝫ ⁊ totū castrū incēdiū ꝯsūpsissꝫ. de medio ignis p̄dicta capsa sana ⁊ ītegra ē educta Passus est circa annos dn̄i. cc. lxxij.

Le. cxviij. De scō bartholomeo A

Bartholomeus interp̄tat̄ fili⁹ suspendētis me. vel fili⁹ suspēdentꝫ aq̄s. Dicit̄ eī a bar qd̄ est fili⁹ ⁊ tholos qd̄ est sūmitas. et moys qd̄ ē aq̄ Inde bartholome⁹. i. filius suspēdētis aq̄s. i. dei. q̄ mētes doctoꝝ sursū eleuat vt aq̄s doctrinaꝝ inferius fundāt. ⁊ est nomē sirū ⁊ nō hebreū. Per p̄mū ꝟo notat̄ triplex suspēdiū qd ipe habuit. Fuit enī suspensus id ē eleuat⁹ ab amore mūdi. vl' suspensus. i. intētus amore celesti. vel suspensus. i. innix⁹ gr̄e et auxilio dei. vt non a suis meritis sed a d̄i adiutorio tota vita sua depēdeat. Per scōm ꝟo ꝓfunditas sue sapie. De cui⁹ sapie ꝓfunditate dicit Dionysi⁹ ī mystica theologia. Diuinus bartholome⁹ dic̄ et multaꝫ theologiā eē et mīmā. ⁊ euāgelium latum ⁊ magnū ⁊ rursus cōcisuꝫ. Et vl't ostendere bartholome⁹ s̄m intentōem dionysij ꝙ vna ꝯsideratōe p̄nt oīa affirmari de deo. alia cōsideratiōe magꝫ ꝓprie negari. B

Bartholomeus apl's veniēs ad indiā que est in fine orbis templū in q̄ erat idolū nomie astaroth intrauit. ⁊ q̄si ꝑegrin⁹ ibidē manere cepit. Inh̄ idolo q̄dā demō habitabat q̄ se lāguentes curare dicebat. sed nō sanādo subuēiebat. sꝫ a lesione cessando. Sꝫ cū tēplū lāguētib⁹ plenū esset. et q̄tidie sacrificātib⁹ ꝓ infirmis etiā ex longinq̄s regiōib⁹ adductꝫ nullū ab idolo respōsum habere possent. ad aliā ciuitatē ꝑrexerūt. vbi alid̄ idolū noīe beryth colebat̄. Et interrogātib⁹ cur sibi astaroth responsū nō darꝫ rn̄dit beryth. Deus vester cathēis igneis constrict⁹ est. nec r̄spirare nec loq̄ audet ex illa hora q̄ apl's dei bartholomeus ingressus ē. Dicūt illi. Et quis est iste bartholomeus. Et demō. Amicus est dei oīpotētis. ⁊ ideo venit ī istā ꝓuinciā vt omnes deos inde euacuet Et illi. Dic nobis signa eius vt eum inuenire possimus. Quib⁹ demon ait Capilli eius crispi ⁊ nigri. caro candida. oculi grandes. nares equales et directe. barba ꝓlixa habens paucos

canos. statura equalis. collobio albo clauato. purpura vestit. Induit pallio albo qd p singulos angulos gemmas habz purpureas. Vigintisex anni sunt exquo vestes ⁊ sandalia ei⁹ nec veterascūt nec sordidant. Centies flexis genib⁹ p diem orat ⁊ cēties per noctē. Angeli dei cū eo ambulāt q̄ nūq̄ eū fatigari nec esurire pmittūt. Sem p eodē vultu ⁊ aīo letus ⁊ hilaris perseuerat. Oīa p̄uidet. oīa nouit. Oīm gentiū linguas nouit et intelligit. Et qd vobiscum loq̄r ipe iam nouit. Et qn̄ queritis eū si vult oñdet se vobis. si aūt nō vult eū nō poteritis inuenire Rogo aūt vos vt cū eū inueneritꝭ rogetis eū ne huc veniat. ne angeli sui h̄ mihi faciant qd socio meo iā fecerunt.

Cum igit p duos dies sollicite q̄rētes eū minime inuēissent quadā die q̄dā demoniacus exclamauit di. Apl'e dei bartholomee incendūt me orōnes tue. Cui apl's. Obmutesce ⁊ exi foras ab eo. Et statim est liberatus. Qd audiēs rex regiōis illi⁹ polemius nomie cū haberet filiā lunaticā misit ad apostolū rogās vt ad se veniret ⁊ filiā suā sanaret. Ad quem cū apl'us vēisset. ⁊ eam cathenis ligatam videret. qr accedentes morsib⁹ lacerabat iussit eaz solui. Et cū ministri ad eā accedere nō auderent dixit. Ego demoniū quod i ea erat iam ligatum teneo ⁊ vos timetꝭ Et soluta statim liberata est. Tūc rex camelos auro ⁊ argēto ⁊ lapidib⁹ p̄ciosis onerauit. et apostolū inq̄ri faciens nullatenus inueniri potuit. Mane āt seq̄nti apparēs apl's cū solo rege in cubiculo dixit ei. Ut q̄d me cū auro ⁊ argento ⁊ lapidib⁹ p̄ciosis tota die quesiuisti. Ista munera sunt necessaria his q̄ terrena requirūt. Ego nihil terrenū nihil carnale desidero. Tūc sctūs bartholome⁹ cepit eū multa de modo redemptōis nr̄e docere ostēdens int̄ cetera christū vicisse diabolū p mirabilez congruētiā. potentiā. iusticiā ⁊ sapientiā. Congruū eni fuit vt q̄ filiū v̄ginis id ē adam factū de terra dū adhuc eēt virgo vicerat. a filio virginis vinceret Potenter q̄z ip̄m vicit cū de sua dominatōe potēter eū eiecit. quā diabolus p deiectione p̄mi hoīs vsurpauit. Et sicut alicui⁹ victor tyrāni comites suos mittit vt eius titulos vbiq̄z erigāt ⁊ tyrāni titulos deijciāt. sic christus victor nūcios vbiq̄z mittit vt diaboli cultuz euacuent. ⁊ christi cultū statuāt. Iuste v̄o quia iustū est vt q̄ comedēte homine vincēs hoīem detinebat. a ieiunante hoīe victus hominē ampli⁹ nō teneret. Sapiēter aūt dū ars diaboli deludit arte christi. Ars diaboli fuit vt sicut accipiter rapit auē. ita in desertum raperet christū. vt si ibi ieiunās nō famesceret absq̄z dubio deus esset. si aūt esuriret ip̄m vt primū hominē p cibū deuinceret. Sed cognosci deus nō potuit. qr esuriuit. nec vinci. qr eius temptatōi nō cessit. Cū ergo eidē sacr̄a fidei p̄dicasset dixit regi q̄ si baptizari vellet deū suū ligatū cathenis sibi oñderet.

C Seq̄nti igit die iuxta regis palaciū dū pōtifices idolo sacrificarent cepit clamare demō ac dicere. Cessate miseri sacrificare mihi ne peiora me patiami q̄ cathenis igneis ab angelis iesu christi quē iudei crucifixerūt religatus sum putātes eū a morte detineri. Ille autē ip̄am mortē que regina nostra est captiuauit. ⁊ ip̄m nostr̄ p̄ncipē autorē mortis vincul'igneis vinxit. Statimq̄z om̄es miserūt funes vt simulachrū euerterēt sed nō potuerūt. Apl's aūt demoni p̄cepit vt inde exiens idolū cōminueret. Qui stati exiens oīa idola tēpli p seip̄m confregit. Deinde fusa oratōe ab apl'o om̄es infirmi p̄tinus curati sunt. Apl's aūt templū deo dedicauit. ⁊ demonē i desertū abire p̄cepit. Tunc angel⁹ domini ibidē apparuit. ⁊ templū circūuolās in q̄ttuor angulos signū crucis digito suo sculpsit dicēs. Hec dicit dn̄s. Sicut vos oēs ab infirmitate vr̄a mūdaui. ita ⁊ templū h̄ ab om̄i sorde mūda

bit̃ ⁊ habitatore eius. quē apl'us in de
sertū locū ire p̄cepit. Prius tñ eum vo
bis ostendā quē vidētes ne timeatis.
sed quale signū in lapidib⁹ his sculpsi
tale in vr̄is frontib⁹ imp̄matis Tunc
ostendit eis ethiopem nigriorem fuli/
gine facie acuta. barba ꝓlixa. crinibus
vsq̄ ad pedes ꝓtēsis oculis igneis vt
ferrū ignitū scintillas emittētib⁹. flā/
mas sulphureas ex ore ⁊ ocul' spirātez
cathenis igneis vinctū retro manib⁹.
et dixit ei āgel⁹. Quoniā iussionē apo
stoli audisti ⁊ de tēplo exiēs oīa idola
cōfregisti soluā te vt vadas in talē lo
cum vbi nullus homo moratur. et sis
ibidem vsq̄ ad diem iudicij. Ille au/
tem solutus cum magno strepitu ⁊ v/
lulatu disparuit. Angelus autem do
mini in celum cūctis videntib⁹ euola/
uit. Tūc rex cū vxore ⁊ filijs oīq̄ po/
pulo baptizat⁹ est. ⁊ relicto regno apl'i
discipul⁹ ē effect⁹ D Tūc oēs tē
ploꝝ pōtifices cōgregati ad astragem
regrē frem ei⁹ cōuenerūt. ⁊ de deoꝝ su
orū amissiōe ⁊ tēpli subuersiōe et regis
ꝑ artē magicā deceptōne contra apl'm
sunt cōquesti. Astrages igit̃ rex idigna
tus mille viros armatos ad capiendū
apl'm destinauit. Qui cū adduct⁹ fuis
set corā eo dixit ei rex. Tu ne es ille q̄
euertisti frem meū. Cui apl's. Ego il/
lū nō euerti sed cōuerti. Cui rex. Sic̄
tu fecisti fratrē meū deū suū relinque/
re ⁊ tuo credere. sic ⁊ ego te faciā deum
tuū relinq̄re ⁊ d̄o meo sacrificare. Cui
apl's. Ego deū quē colebat frater tu⁹
ligaui. et ligatū oñdi. et vt simulachrū
frangeret coegi. si sic poteris facere d̄o
meo. poteris me ad simulachrū ꝓuo/
care. Sinautē ego deos tuos cōminu
am ⁊ tu crede deo meo. Hec illo dicē/
te nunciat̃ regi q̄ de⁹ suus baldach ce
cidisset. ⁊ ꝯminut⁹ fuisset. Qd̄ rex au/
diens purpurā scidit. qua indut⁹ erat.
et apl'm fustib⁹ cedi iussit. ⁊ cesuz viuū
excoriari mādauit. Xp̄iani aūt corpus
eius tulerūt. et honorifice sepelierunt.
Rex autē astrages ⁊ tēploꝝ pōtifices
a demōib⁹ arrepti mortui st̃ Rex āt po
lemius i ep̄m ordiat̃. ⁊ .xx. annis offici
um ep̄atus laudabilit̃ implens plen⁹
virtutib⁹ in pace q̄euit De genere sue
passiōis diuersa est opinio. Nā btūs
Dorothe⁹ dicit q̄ crucifixus ē. Ait enī
sic. Bartholome⁹ indis p̄dicauit q̄ et
euāgeliū s̄m Mattheū in ꝓpria eoruz
lingua eis tradidit. Dormiuit i alba/
na ciuitate magne armenie crucifixus
deorsum caput habēs. Btūs aūt the
odor⁹ dicit q̄ fuit excoriatus. In mul/
tis aūt libris legit̃ q̄ tm̄ fuit decollat⁹
Hec aūt cōtrarietas taliter solui pōt.
vt dicat̃ q̄ primo cesus. deinde crucifi
xus fuit. deinde anteq̄ ibidē moreret̃
de cruce fuit deposit⁹. ⁊ ob maiorē cru
ciatū fuit excoriat⁹. postrēo capite trū/
catus. E Anno dñi. cccxxxj. sara/
ceni siciliā inuadētes liparitanā insu/
lā vbi corpus scti bartholomei q̄esce/
bat vastauerūt. ac eius sepulchꝝ con/
fringentes ossa eius disꝑserūt. Nam
ad hanc insulā corpus eius taliter de
india aduenisse ꝑhibet̃. Cum enī pa/
gani ꝓpter signoꝝ frequentiā viderēt
corpus eius plurimū venerari. indig/
nati in loculo plūbeo positū in mare p̄
cipitauerūt. Quod diuino nutu ad in
sulam predictā deuenit. Cum igit̃ sa/
raceni eius ossa disꝑsissent: illis recedē
tibus apparuit apl's cuidā monacho
dicēs. Surge ⁊ collige ossa mea q̄ dis/
ꝑsa sunt. Cui ille. Qua ratiōe ossa tua
colligere aut aliquē tibi honorē exhi/
bere debemus cū nos deleri ꝑmiseris
nec auxiliū nobis impēderis. Cui ille
Per multū tꝑis meis meritis dñs po
pulo huic peꝑcit. Sed eoꝝ peccat⁹ ni
mis inualescētib⁹ ⁊ vsq̄ ad celū clamā
tibus iam ꝓ eis nō potui veniam ob/
tinere. Sed cū monachus sibi diceret
quō int̃ tot alioꝝ ossa sua q̄ñq̄ inueni
re possz ait. Nocte ad ea colligēda ibis
⁊ ea q̄ vt ignē splēdētia vider⁹ ꝓtin⁹ h̄
leuab. Qui oīa vt dixerat inueniens:
apl'i ossa leuauit. et sup̄ quandā nauē.
conscendēs beneuentū q̄ est metropo/

lis apulie ea transtulit. Nunc aūt dicit q̄ sint rome. licet beneuentani se ad huc corpus illud habere affirmēt Cū quedā mulier vas plenū oleo attulissz vt in lāpadē bti bartholomei poneret q̄ntūcūq̄ vas sup lāpadē icliarent nil ex eo exire valebat. cū tñ digitos i vas mitterent ⁊ oleum liquidum omnino palparent. Tunc quidam exclamauit Puto q̄ apl'o acceptū nō est vt h̄ oleū in suā lampadē infundat. Quapropt in aliā lāpadē infuderūt. ⁊ ptin⁹ oleū emanauit. F Cū impator Fridericus beneuentū destrueret. ⁊ oēs ecclesias q̄ ibidē erāt dirui mādasset. ciuitatē totā ad aliū locū trāsferri intēdens vir q̄dā q̄sdā viros albatos ⁊ fulgētes iuēit. q̄ adinuicē loq̄ ⁊ int se aliq̄ tractare videbant. Qui cū vehemēter admirās q̄ nā essent int'rogasset vn⁹ eoꝝ respondit. Iste ē bartholome⁹ apl's cuz ceteris sanctis q̄ꝝ in hac vrbe ecclesie habebant. Qui insimul cōuenerūt vt inter se inq̄rerent ⁊ tractarēt q̄li pena esset ille plectēdus q̄ eos de habitacul' suis eiecit Etiā iter eos inuiolabili sētentia est firmatū vt ille sine mora ad iudiciū dei accedat. de his oīb⁹ in eius iudicio rñsurus. Post modicū ꝟo tempus dict⁹ impator miserabilit vitā finiuit Legitur in quodam libro d̄ miraculis sanctoꝝ. q̄ quidā magister festum sancti Bartholomei om̄i anno solēniter celebrabat. Cui p̄dicāti diabolus in specie cuiusdā puelle admodū speciose apparuit quā iniectis i eā oculis ad prandiū inuitauit. Qui dū in mensa cōsisterēt illa in amorē suum m'ltū eū allicere nitebat. btūs bartholomeus in specie pegrini p̄ forib⁹ affuit. et vt amore sancti bartholomei itroduceret obnixius flagitauit. Qua dissuadēte panis ei mittit sz ille hūc accipe recusauit. Rogauit tñ magistrum p̄ nunciū vt sibi diceret. q̄d magis in homie ꝓpriū esse putaret. Cui cū ille dicerz risibile. puella respōdit. imo peccatū cū quo hō concipit nascit atq̄ viuit. Cui Bartholome⁹ rñdit. q̄ ille bene intulit sed m'lier ꝓfundi⁹ indagauit Secūdo dictus pegrinus mgr̄o misit vt sibi diceret q̄s locus vni⁹ pedis esset vbi deus in terra maiora miracl'a oñdisset. Cui cū ille diceret. loc⁹ crucis in quo deus mirabilia opatus ē. Illa ait. Imo caput hoīs in quo q̄si minor mūdus existit. Vtrorūq̄ sentētiā apostolus approbauit. Tercio inquisiuit quāta distātia esset a summo celi vsq̄ ad ꝓfundū inferni. Cui cū magister se nescire diceret. illa ait. Modo video q̄ p̄cipitor. Sed ego hoc noui qr d̄ altero ad alterū decidi. ⁊ oportz q̄ hoc tibi ostendā. Tūc diabolus cū magno eiulatu se in abyssum p̄cipitauit. Et dū q̄rerent pegrinū minime inuenerūt. Simile fere legit de beato andrea

G Btūs autē Ambro. in p̄fatōne quā fecit de illo apl'o eius legendā abbreuians. ita dicit. Discipulis christe tuis vnica diuitate p̄dicantib⁹ trinitatē tuā mdo mirabiliter dignat⁹ es ostēdere maiestatē. Inter q̄s beatissimuz bartholomeū magna ꝟtutū p̄rogatiua colendū benigna tui prospectio ad populū direxit longinquū. quem licet penitus hūana cōuersatione remotū. tibi tamē p̄dicatiōis augmēto meruit cōsignare vicinū. O quantis p̄conijs apostolū mirabilē celebrandū cui dū ad seminandū fidem ꝓximorū corda nō sufficerēt populoꝝ alatis q̄si vestigijs extremos terrarū fines penetrauit indorū. Cum languentiū innūera caterua templū ingressus demoniacū effecit ilico vt nullū cultoribus demō p̄beret responsum. O q̄ mira virtutū ip̄ius insignia dū humana voce ꝟbosantem cōtra se aduersariū solo iussu laceratis diutissime viris reddidit mutum. Reginā diabolica contagione lunaticā liberauit. puellāq̄ solutis nexib⁹ p̄ri rep̄sentauit sanissimā. O q̄ sublime sanctitatis ei⁹ miraculū dum antiquū hūani generis inimicū suum fecit i nihilum redigere simulachrum.

O q̄ digne exercitui numerād⁹ celesti
cui⁹ vt miracul' fidē cōmodaret certis/
simā angelus apparuit sup̄na delap/
sus ab aula. Is igit' cathenatū demo
nē cūctis ostētās deformē. salutiferaz
saxo dn̄icā imp̄sserat crucē. Rex regia
q̄ sil' baptizāt' cū gente vrbiūq̄. xij. ac
cole te deū p̄rem corpe sequūt' ⁊ mēte.
Ad extremū ꝟo tēploꝝ delatu pōtifi/
cū neophici polemij frat' tyrān⁹ btm̄
ap'lm oīmode ī fide cōstantē. cesū atq̄
excoriatū acerrimā fecit suscipe mortē
Qui tāte mortꝭ virilit' p̄ferēdo discri/
mē gl'iosi certamis ad celeste gaudiuz
reportauit triūphū. Hucusq̄ Amb.
Btūs āt Theodor⁹ abbas et do/
ctor p̄cipu⁹ de h̄ ap'lo int' cetera sic ait.
Ap'ls dei bartholome⁹ p̄mū in licao/
nia p̄dicauit. postmodū ī india. ad vl
timū in albana vrbe. s. maiorꝭ arme/
nie. vbi p̄mo excoriat⁹ tādē capite ple
xus ibidē sepultus ē. Qui dū ad p̄di/
cādum mitteret' a dn̄o vt opinor audi
uit. Vade discipule me⁹ ad p̄dicādū.
exi ad pug̃ndū. capax esto p̄icl'oꝝ. ego
paternū op⁹ ꝯsūmaui p̄mus testis fa/
ctus. Vas qd̄ necessariū ē iple. Imita
re mgr̄m tuū. emulare dn̄m tuū. Sā/
guinē sanguib⁹ pone. carnē carnib⁹ tra
de. q̄ ꝓ te passus sustinui patere. Ar/
ma sint tibi benignitas ī sudorib⁹. mā
suetudo int' maleficos. patiētia in his
q̄ perimūt. Nō refutauit ap'ls sꝫ vt fa
mulus fidel' dn̄ico acq̄escēs p̄cepto p̄
git gaudēs tanq̄ lux mūdi vt tenebro
sos illumiaret. tāq̄ sal terre vt gentes
insipidas saliret. tāq̄ agricola vt spū
alē agriculturā p̄ficeret. Petr⁹ q̄z apo
stol⁹ docet natōes. sꝫ bartholome⁹ cō
seq̄nter paria iuestigat. Petrus op̄at'
p̄digia magna. sꝫ bartholome⁹ facit
mirabilia valida. Petr⁹ capite deorsū
crucifigit'. bartholome⁹ postq̄ viu⁹ ex
coriatus ē capite plectit'. Ad q̄t valet
petrus capescēda mysteria. ad tot bar
tholome⁹. sufficit penetrāda eq̄lit' fecū
co itaq; suo sue castitatis patiẽtissimo
sꝑ custode. vbi eã suis ꝟginẽ vti trans/
duxerat. in xp̃o resignauit. ad celestia q̃
iugiter suspirabat gaudia translato. il
la se ad deũ vt sꝑ totã ꝯtulit ip̃m sue ca
stitati. necessitati ac saluti adesse. illum
suis ecclijs. illũ filijs q̃s ei in ip̃o aggre
gauerat pñtem affore. aduocare. vigi/
lijs orõnib; instare. die practicam cum
Martha. noctu ꝯtẽplatiuã cũ Maria
vitã agere nõ cessabat. Quãta ꝟo ele/
mosynaꝝ largitate. q̃nta orõnis instã/
tia. ꝑ beati ꝯiugis defuncti anĩa desu/
dauerit in subscp̃ta pagina quã ip̃a ꝑ
se. nã lr̃aꝝ ⁊ artiũ aliaꝝ distinguere au
ro gẽmisq; sacras vestes ꝑatissima fuit
cõposuit ⁊ scp̃sit q̃cunq; voluerit agno
scere poterit. Kunegundis diuia di
spensatõe solo impatrix noie. specialit
dilecte cõgregatiõi in ꝯfugia. q̃cq̃d iu/
ste ꝯuenit dilectõi. ꝓpe aduersitatꝫ sar
cinã faciliꝰ veluti estimo tolerarẽ si ve/
stras res saluas ĩcolumesq; existere vi/
derẽ. Quãuis em̃ mens ꝓcellosisq; cu
raꝝ fluctib; vndiq; q̃tiat. vestre tñ re/
cordatõis anchora. a cordis ꝓfundita
te nõ euellit. Et licet longe remoti ab
oculis. ab aĩo tñ nũq̃z recedetꝫ. q̃s nos
sepabit a charitate xp̃i. casus doloris
an longinq̃tas remotõis. Quin etiaz
si amisse facultatis vsus ꝯcederet. vo/
lũtas hec opis exhibitiõe cõprobaret.
ip̃m tñ modicũ q̃ adhuc deo volẽte re
liquũ tenemꝰ. vestre cõmuniõi alienũ
esse nolumꝰ. vt ꝑticipatõe ꝑuitatꝫ re/
uelet magnitudo deuotõis. Mat nã/
qz si paꝝ habuerit parũ filijs tribuit.
Ecce hec modici sumptus munuscula
ad refectionẽ vobis mittunt carnis. vt
aniam senioris p̃ris vestri ꝯtinua orõ/
nis alemonia reficiatis. qm̃ tot iustoꝝ
p̃ces vnanimit cõtinuate apud deum
multũ pñt ꝓficere. iacobo attestãte. mlt
tum valet dep̃catio iusti assidua. Ille
etiã atq; etiã iustꝰ dñs q̃ iusticias dile/
xit. eq̃tatẽ supplicatõis exaudire nõ re/
spuit. sz vobis indefessis intercessorib;
sup̃dicti chari memoriã facientib; salu
tis dabit p̃miũ. qd̃ ip̃e ꝓmittit dicens

q̄ pseuerauerit vsq̄ in finē saluus erit. Atq̄ bonū opus in ꝯspectu etiam dei placitū esse cernitis si nō solum ꝓ illis qui in hac vita positi multa vobis dona. sed q̄ nulla fecerūt orauerit is. Obsecro ergo vt eū a cordib⁹ vestris nūq̄ abijciatis. qui vos tanq̄ ꝓprias amauit. atq̄ hunc locū vestra seruitute florere voluit. Estote quoq̄ mee necessitatis memores. semꝑ in hylaritate cordis misericordes. ꝟm illud apl'i. dilectō sine simulatōe. necnō vestre mentes in quadā mutue charitatꝭ soliditate magis ac magis ꝯcrescant. quaten⁹ in die tribulatōis clamorē vestꝝ ipius aures exaudiāt. qui dicit. vbi duo vel tres cōgregati fuerint i noīe meo i medio eorꝝ sum. Qd̄ vos oīmodo ꝓmereri hortor eodem p̄stante qui cū patre ⁊ filio ⁊ spūsancto viuit ⁊ regnat ꝑ om̄ia secula seculoꝝ amen. Deniq̄ Conrado sibi succedēte in regno. ipa curis secularibus sicut iam diu desiderauerat exonerata. iā in ipo āniuersario die trāsit⁹ scti heinrici. archiepos cū ep̄is ad dedicationē confugiēsis ecclesie cōuocauit. vbi inter missaꝝ solennia impiali decentissime om̄i ornatu culta ante p̄ncipale altare ꝟgo deo deuota ꝓcessit. ibiq̄ thesauꝝ incompabilē ligni videlicꝫ dn̄ici crucem. ꝑuam quidē in materia. sed maximā in virtute dn̄i obtulit. At vbi lectio euangelij in qua sup arborē crucis ascendēs ꝯspicientē se iesum suscipe ⁊ ab eo benedictionē pusillus meruit accipere lecta fuit regalē purpurā exuens. tunicam fustiorē quā ipsa sibi manibus suis opata fuerat. sacerdotali benedictione data. vestem religionis induit. ⁊ multis q̄dem ꝓ se flentib⁹. pro illa autē gaudētib⁹ que iam seculū dānasset i vestibus. capillis qui hucusq̄ in eodem monasterio ꝓ veneratōe seruantur precisis. imposito sibi ab ep̄o velo anulo fidei subarrata gratulabūda succinuit. Posuit signū in faciē meam ⁊ anulo suo subarrauit me dn̄s meus iesus christus. Ita spōso christo cōsecrata dum filiaꝝ suarum se sanctissimo ꝯtubernio applicuisset. nō vt mater filiab⁹ se p̄ferebat. sed oībus inseruiens. seruilē ꝑsonam se ostēdebat ita tn̄ vt cum om̄ia faceret. ostētationē fugeret singuloꝝ. ne reciperet in p̄senti seculo mercedē suaꝫ. Operabat manibus suis sciens scriptuꝫ esse. qui nō opatur nō manducet. Sponso suo aut orans loquebat. aut psallens ad ecclesie limina pene inuisa ꝓperabat. nihil seueritate illius iocundi⁹. nihil iocūditate seuerius. tristis i risu. i tristicia suauis. breuevite spaciū et̄na memoria ꝯpēsabat Idem illi orationis locus ⁊ quietis fuit. idem semꝑ habitus incultū corpus dum sciret reijciendas delicias corporis qd̄ paulopost vermib⁹ exarandum fuit. semꝑ eam legere aut legentē audire vidisses. multa illi circa cōtubernales deuotio. frequens decubantiū visitatio solicita pauꝑum ꝯsolatio. Preterea eam fecisse plura miracula credimus. sed q̄ gloria humanā ⁊ oleū adulationis sꝑ fugeret. illa voluit esse suppressa. aut incurie hominū seu reuolutioni temporꝝ nō defectui deputanduꝫ virtutū. Unde etiā tante maiestati indigna scribēdi mior materia fuit. pauca tātū que in scriptis reperim⁹. vel veridica sanctimonialiū vbi illa ꝓ christo militabat relatione cognouimus. hic inserere dignū duximus. Cuꝫ post orationis frequētiā inter lectiōis lassitudineꝫ ancilla xp̄i in lecto nō plumis extructio. sed cilicio strato mēbra sopore grauata remisisset. puella sacra que de more illi assidebat. sacros codices legens. cū fere ad mediū noctis lectionē extēderet. caligantes oculos clausit lumenq̄ e manib⁹ elapsum. paleas corripiens sui fragore circūiacentes sorores excitauit clamore ex ꝯcussu facto virgo xp̄i de somno excussa. dum colluctātes inter se flāmas circa se aspexit. ad orationis arma se cōuertit. ⁊ signo crucis adustionē illam absq̄ om̄i suaꝝ lesione vestiuꝫ auertit. Tua hec christe ope

ra qui babylonie regē in suo furore cō
fudisti. ⁊ babylonios ignes vt pueri tui
liberarent illesi. Aliud miraculū taz
timendū q̄z mirandū huic placuit sub
scribere. in quo ani illius ꝯstantiā ⁊ ri/
goris seueritatē discere poterꝫ. Habu/
it secū sororis sue filiā Jutaz noīe. quā
a p̄mis annis educatā om̄i disciplina
seculariū q̄z litteraꝝ sciētia instruxerat
Hec materiā nō min⁹ religionis q̄z di
lectionis amore in monasterio secuta ⁊
ꝯsecrata fuit. Hanc in oībus plene in/
structam. vt eius in orationib⁹. vigiliis
ac ieiuniis ꝑseuerantiā ⁊ a dño patien
tiam ꝑspexit. oīm assensu ⁊ rogatu pri
mā in ipo cenobio eā abbatissaz p̄fecit
Cum virgo mater filiā suscipiens. iu/
xta cōmunionē sanctā iam dudū habi
tam p̄cedentiū patrū repetens alloq̄a
monet ob salutis affectuz vtilia ac deo
placita sepe dicere. frequēter audire. so
litas religiosi itineris vias nō deserere
magis magisq̄z erroꝝ deuia. ⁊ diaboli
calcare figmēta. nullaz luci ac tenebris
veritati atq̄z mendacio. turpitudini at
q̄z egestati. apud dei seruos docet esse
cōmunionē. solicite cauere ne vana se/
ctando desineret eē tēpluz dei fieret ha
bitatio tenebraꝝ. fieret demōis monu
mentū lumīa sua in dei defigere aspe/
ctum. Primāq̄z docet facere vt fructū
doctrine sue ipa in illis deo adiuuante
possit inuenire. Hec ⁊ hmōi iteꝝ atq̄z
iteꝝ materno studio ei inculcās. q̄si in
oīb⁹ iam ꝑfectam ⁊ ipa magistrā vene
rari cepit. Illa vbi in matura liberta/
te posita est paulatim a rigore suo defi
cere. meliorē cultum lautiorē cibum. vi
cioꝝ alimēta desiderare. vltima in cho
ro. p̄ma in ꝯuiuio puellaꝝ fabulis int̄
esse. ⁊ in oīb⁹ laxius se agere cepit. Pro
huiusmodi leuitatib⁹ dum eā sctā dei
p̄uatim inter se publice coram oīb⁹ ar/
gueret. sepius obsecraret. icreparet. nec
illa velut matertere patrocinio aut fa/
miliaritate vane confisa emendarat. q̄
dam die cū ipa cū ꝯuentu crucem. naz
dies dñicus erat. sequit̄. abbatissa de/
fuit. quā illa inquirens ⁊ epulantē cuz
coeuis in ꝯclaui reperiens zelo pieta/
tis armata cuz ꝟbo correptōis dextrā
maxillā eius ꝑcussit. que quasi sigilluz
quoddā formā digitoꝝ accepit. q̄ om̄i
tempe vite sue non caruit. De quo ni/
miꝝ facto ꝯstat. quia nō tātū pro se sz
aliorum emendatione hoc pertulit. vt
huius visio aliis ꝓficeret. ⁊ ad melio/
ris vite statum a vicijs suis retorque/
ret. Forte ⁊ illud detractorib⁹ fabu/
losuz ⁊ infidelibus videre ridibile pu/
tabitur q̄ sanctitatē illius quaz gratia
humilitatis ipa homies latere voluit
elementa loquunt̄. Deniq̄z cuz post le/
ctionē euangelij suo solēni more ad al/
tare sacrificatura accederet. dextra ma
nus sue cyrothecaz detrahens. cū nul/
lus q̄ reciperet adesset a se reiecit. quaz
radius solis ꝑ fenestre rimulas intrās
suscepit. ⁊ tamdiu quasi famulādo su/
stinuit. donec illa post sacrificiū rediēs
eam reciperet. Tale etiam quid in be/
ati veste goaris aliquando diuina vir
tute ostensum fuisse legitur qui dum a
sede rustici treuerēsis pontificis despi/
citur. a summa maiestate per maioris
luminaris famulatū honorat̄. Omni
um itaq̄z capax erat meritoruz. que iu
dicem cunctoꝝ meruit habere virtutū
Quindecim in sancto ꝓposito suꝑuixit
annos. tam humilitatis gratia q̄z ꝑ re
ligionis reuerentia om̄ib⁹ admiranda
Tandem ꝓ nimia ciborū abstinentia
orationis ⁊ vigiliaꝝ incredibili perse/
uerantia cepit corpore languescere. ⁊ i/
grauescente morbo paulatim deficere.
sed duz mēbra dolore ꝯtraherent̄ exte
rius. tn̄ spiritu. quia laus dei in ore ei⁹
semꝑ ꝯfortabat̄ interi⁹. Vocabat san
ctos angelos quoꝝ hic vita illic nunc
ꝯsortio fruit̄. apostolos ⁊ ꝯfessores q̄/
rum fidem sꝑ ⁊ ꝯfessionē tenuit inter/
pellabat. virginū christi in suo exitu in
uitabat choꝝ quaꝝ emulatōe in carne
dum preter carnez viueret. imaculatū
xp̄o ꝯsecrauerat thorū. oīm deo famu
lantiū sibi adesse sibi occurrere orabat

auxiliū. Clere qđ sęptum est. timętib⁹ deū oīa cooptauit in bonum. in obitu tante ꝓginis vidim⁹ compatrē. necdū spm exalauerat. necdū ꝯo debi⁹ tam reddiderat vitā. z iaz fama volās tanti ꝓnuncia luctus nō tm sacratas ꝓgines aut diuersi ordinis viros. sed z totius vrbis pp̄los ad exequias cōgregabat. Sonabāt psalmi z totā domū vbi sacrum corpusculū in medio super illo nobili sui cilicio cōpositū iacebat i sublime resonās letania. p exeunte anima quatiebat. Interim ex more regales tanc̄ impatrici. nō vt paupcule debent sorori. parant obsequie. aurea feretro obtēdenda. pferunt velamia. Cū illa pallentes vultus q̄s ante vt spōso venienti letos videres ad os retorque re. manu annuere. amictus iste ait nō est me⁹. auferte hinc. Ornatus hic alienus est. his terreno spōso. istis celesti suz copulata. nuda de vtero mr̄is mee egressa sū. nuda regrediar illuc. his mi sere vilem carnis materiā inuoluite. et corpusculū meuz iuxta tumulū fratris mei ac dñi Heinrici impatoris quem me vocante video i. ꝑpzio locello repo nite. His dictis in manū dñi spiritus cōmendās carnis sarcina abiecta. ad suum ania reuolauit auctorē z in antiquā possessionē diu pegrinata conscēdit. terris matrē cōmunē se amisisse flētibus. celis aūt conciuē in suū consortium se suscepisse gaudentib⁹. Ita demū sacro illo corpore feretro suppositio nobilium ordine pceeunte. multis hinc inde ꝓfluentib⁹ turmis. cū illo sibi semper familiarissimo paupuz ꝓtubernio ad locū p̄destinatū sepkture felices exequie vsq; delate sunt. Cum vero relictas vrbes. vacua rura. desolatas ciuitates. vndiq; ꝓcurrere pp̄los videres matres puulos suos in brachio gestātes. infirmos in grabatis iacētes. sanitatis gratiā sperare. felicē se credere. si cui aut feretro iungi. aut ab ipo ꝓtigisset obumbrari. Tandē in ecclesiā beati Petri corpus nō sine labore deportatū. triduanas ibi meritis suis ac beneficijs condignas habuit exequias. filij quos ipa illic in xp̄o aggregauerat. de matris pace iam securi. p se aūt solicīti incessanter psallebāt. duz eā sibi ad horā subtractā sine timore amissionis in spe ꝑpetue incressiōis recepisse plau debāt. mater de celo filioz. pspectans affectum gaudebat. Ita velatū sacruz corp⁹ sacris vestib⁹ dyademate xp̄i supposito suo loculo in dextero latere sicut hactenus venerat reposituū est. O felix bambergenſ ecclia. recepisti thesaurū quē amiseras. pcax z malefica lingua detractoz occultoz testimonio ꝓfutata est duz ꝓginitas ei⁹ rebus approbata. sanctitas claresc̄tib⁹ signis videtur testificata p xp̄m dñm nostrū. Christiane religioni. pficiens fidelis ecclia. q̄ i euangelio voce dñi testante. dei mater z filia p gr̄am nomiaſ. Mater q̄ sancte opationis exemplo filios dño generat. Filia. q̄ virginis filio. p salute mūdi incarnato. eruditione sanctoz patz quotidie generaſ. salutē missam a dño celesti archiatri. effectib⁹ medicine plenā tam corpis auris aniaduertat.

Mundane machine cōditor. humano generi p inobedientiā lapso condolens. vt eterne vite fructꝰ facientē nouā plantationē. s. pmittiuā ecclīam inseret. patriarchas z ꝓphetas in mūdum mittere dignat⁹ est. Qui creditū sibi officiū q̄nq; corpis sensib⁹. sexto q̄s qui ē spūs ꝓphetie. mysteriū incarnatiōis xp̄i z oīa q̄ de ipo annūcianda erant predicātes. alij asperitate vite. alij diuerſ penaz mortib⁹. ipi quē ꝓphetabāt fa mulatū suū fideliter impleuerūt. Dominum limes xp̄s eterni p̄tis ꝓsilio. p libēdis hoib⁹ de inremerate ꝓginis vtero ꝓcessit. vt iam inchoate plantationi missis p orbem apl̄is atq; de suo corpore fuso cruore fabricatā. nouellā superedificaret ecclīam. que sctē trinitatis fide imbuta z mūdata baptismi gratia martyres ꝓfessores z infirmi sexus virgines. anio tm ꝓstantes pmitias obtu

lit. Inter quas btā Kunegūdis flos bābergensis eccl'ie. cū sancto Heinri/rico q̄ romanū tenuit impium sub ꝯiugij specie. imortali sponso caste ꝟginis honore deseruiuit. vñ iam eiꝰ sanctitatis merita ꝑ orbem manifesta declaratōe apparent. qꝛ in loco vbi sctm̄ corpus eiꝰ quiescit. infirmi q̄cunqꝫ laborantes egritudine sanitatē recipiūt. Ut aūt ad om̄ia cautissimi testes simꝰ veritatis amatoribꝫ. etati nostre succedētibꝫ de his que scribimꝰ curiose indagantibꝫ. s. quo tpe curationū opatiōes meritis p̄fate impatricis initiū habuerunt. largiente dño ꝓut possumꝰ explicare volumꝰ. Anno dñice incarnationis millesimocentesimooctogesimonono. Inditione. ij. Theimone tercio decimo bambergēsis eccl'ie ep̄o. iiij. pōtificatꝰ sui anno ad vincula scti Petrine de sctitate p̄dicte virginis ambigerem⁹ signoꝝ expientia certificati sumꝰ. Nam dū solito more ꝑpl's ad p̄dictuꝫ locum orōnū ꝛ vigiliaꝝ causa ꝯuenissꝫ affuit etiā q̄dam demoniacꝰ de villa q̄ dicit̄ beirreut. q̄ nec pietatē agnoscens nec scelus abhorrens. filiū suum igne cremauerat. hic duris funibꝫ astrictus ad sepulchrū sancte Kunegundis ita mansuescere cepit. vt furiali morbo absolutus. deuꝫ oīpotentē laudaret. eiqꝫ cuius patrocinātis meritis h̄ accidisse cognouit. cum caterua q̄ p̄sens extiterat. ꝺbitas laudes ꝺclamaret. Igitur dum h̄ cū solēnitate chori ꝛ ꝑpl'i deuotione agerent̄. q̄dam ꝯtractꝰ in suburbio de hospitali scti Egidij adductꝰ sanitatē postulabat. ꝛ misericordit̄ exauditus qꝺ p̄cabat̄ obtinuit. Dum signoꝝ fama totū bambergēsem locū respersisset. ꝯtractus de domo Conradi p̄positi maioris ecclesie sanitatē affectans ꝛ q̄ꝫuis natura in mēbris eius oberrasset. tñ ꝓut potuit velotiꝰ reptās venerabili sepulchro se ingessit. vbi a dño salutē optatā inuenit. Audiēs hoc etiā ꝯtractus de domo ottonis in eadē eccl'ia canonici. venit q̄ꝫ totius ad locū sepuchri. sperans sibi ex beneficio gratie sic̄ ceteris subueniri. cui sine mora subuentū esse in xp̄o testamur.

Legenda. ccvij.

De sancta Dorothea.

Gloriosa virgo et martyr dorothea. ex p̄re doro ꝛ mr̄e thea fuit ꝓgenita. ex nobili sanguīe senatoꝝ. Illis tpibꝫ viguit ꝑsecutio xp̄ianoꝝ in terra romanoꝝ. Vñ ip̄e dorus spernēs idola. romana derelinquēs p̄dia cum possessionibus agrꝭ. vineis. castrꝭ. ac domibꝫ trāsfretauit cū vxore sua ꝛ duabꝫ filiabꝫ chrystē ꝛ calysten. ꝑrexit in regnuꝫ capadocie. venitqꝫ in ciuitatē cesaream ibiqꝫ habitans genuit filiā de cuius vita nunc intēdimꝰ loqui. Et ipsa genita s̄m morem xp̄ianoꝝ occulte baptizata est a q̄dam ep̄o sancto q̄ nomē ei imposuit ꝯ patre ꝛ matre cōpositū. Dorothea autem ipsa puella repleta est spūsctō. ꝟtutibꝫ ꝛ om̄i pacis disciplina imbuta. formosa valde sup oēs puellas regionis illius. Qd inuidus serpens inimicus castitatis diabolꝰ nō sustinēs fabriciū terre p̄fectum in amorē ꝟginis Dorothee stimulās. vt ip̄am carnali ꝯcupiscētia appeteret. Qui mittēs ꝓ ea spondens thesauꝝ ꝛ res absqꝫ cōpoti determinatōe pro dote prodere ip̄am legitimo thoro producendā. Audiēs h̄ dulcis Dorothea q̄si lutū terre despiciens terrenas diuitias ꝛ intrepida se xp̄o desponsatā fatebat̄. Qd audiens fabricius furore succēsus. mox eam in doliuꝫ plenū feruētis olei mitti iussit. Ipsaqꝫ adiutorio xp̄i illesa manēs ac si balsamo vngeret̄. Multi aūt paganoꝝ videntes h̄ miraculū intra se ad christuꝫ cōuertunt̄ Fabricius ꝟo credēs h̄ magicis artibꝫ fieri. ipsam in carcerē redusit. nouē diebus absqꝫ ciboꝝ alimētis que nutrita a sctis angelis. duꝫ ꝓducit̄ ad tribunal pulchrior q̄ꝫ nūq̄ꝫ visa fuerat. apparuit. cunctiqꝫ mirabant̄ ꝙ tor diebꝫ absqꝫ cibo tā formosa videretur

Fabricius ꝟo dixit. Nisi deos in p̄nti adores. eculei penas nō euades. Dorothea rn̄dit. Deū adoro nō demonez dij em̄ tui demōes sunt. ꝛ ꝓstrata ī terraz. eleuatisqꝫ in celū oculis. orauit ad dn̄m vt oñderet oīpotētiā suā. ꝛ ꝙ ip̄e sit solus de⁹. ꝛ nō ali⁹ p̄ter eum. Erexerat nāqꝫ Fabrici⁹ columnā ꝛ desup idolū ꝛ ecce mltitudo angeloꝝ cū impetu veniēs ꝯterit idolum. ꝙ nec ꝑticula columne inueniret̄. Et audita est vox demonū ꝑ aera clamātiū. Dorothea curnos sic ꝺuastas. ꝛ mlta milia paganorū ad xp̄z manifeste ꝯuertebant̄ q̄ etiā martyrij palmā ingressi sunt. Ip̄a aūt Dorothea eculeo est suspēsa. pedibꝫ eleuatis vncis lacerat̄ corp⁹ ei⁹. virgis castigat̄. flagellis flagellat̄. deide ad mā/millas ꝟgineas facule ardētes applicate sunt ꝛ ip̄a semu[illegible]rtua vsqꝫ ad crastinū reclusa est. De mane ꝓducta nec vlla macula nec vlla lesio apparuit. de q̄ etiā cuz ip̄e p̄ses miraret̄ dixit ei. Adhuc reuertaris o amena puella. satꝫ nāqꝫ castigata es. ꝛ misit eā ad duas sorores suas chrysten ꝛ calysten q̄ metu mortis a xp̄o recesserāt. vt ip̄e Dorotheā sororē suā a xp̄o auellerēt. Dorothea aūt lenit̄ alloq̄ns p̄dictas sorores auferēs ab eis cecitatē cordis. ꝛ eas ad xp̄m ꝯuertit. Qd̄ audiēs Fabrici⁹ ambas sorores dorso ad dorsum ligari fecit. ꝛ in ignem ꝓijci ꝛ cremari. Et dixit dorothee. Quousqꝫ malefica nos ꝓtrahis. aut sacrifica ꝛ viuas. aut sentētia capitali plecterꝫ. Illa leto vultu respōdit. Quicq̄d vis passura suz ꝓ xp̄o dn̄o ꝛ sponso meo. in cui⁹ orto delicie ꝛ rosas cū pomis colligā. ꝛ letabor cum ip̄o in eternū. Hoc audiēs tyrān⁹ in se ip̄m infremuit. p̄cepitqꝫ vt pulchritudo ei⁹ ꝛ facies ei⁹ baculis ꝛ fustibꝫ cederet̄. ꝛ vt tortores fatigarent̄. ꝛ ꝙ nec vestigia faciei ī ip̄a apparerēt ꝛ in carcere seruata in crastinū. De mane ꝟo ꝓducit̄ illesa a saluatore nr̄o curata snia capitali iudicat̄. Et dū extra muros ducit̄. vidēs eā Theophil⁹ ꝓthonotari⁹ regni q̄si illusorie rosas ꝺ viridario spōsi sui petēs sibi mitti. Qd̄ illa ꝓmisit. Cum aūt venit ad locū decollatōis rogauit dn̄m ꝓ oībꝫ q̄ ad honorē sui noīs sui memoriā passiōis ꝑagerent. vt ī oībus saluarent̄ tribulatōibꝫ. ꝛ p̄cipue a verecūdia. pauꝑtate. ꝛ a falso crimine liberarent̄ ꝛ in fine vite ꝯtritionē ꝛ remissionē oīm pctōꝝ obtinerēt. mlieres ꝟo ꝑientes nomē ei⁹ īuocātes celerem sentiāt ī doloribꝫ ꝓfectum. Et ecce vox de celo audita est. veni electa mea oīa q̄ petisti īpetrasti. Dorothea ꝟo inclinata ad ictū spiculatoris. apparuit puer purpura indut⁹. discalciat⁹ crispo capite. in cui⁹ veste auree stelle fuerūt. ferēs in manu orariū. i. sportulā cū tribꝫ rosis. ꝛ tot malis. Cui dorothea. Obsecro te dn̄e mi. feras eas theophilo scribe. ꝛ decollata ē. ꝛ ad xp̄m suū spōsum feliciter collocata ē. Passa est aūt glīosa ꝟgo ꝛ martyr Dorothea. anno dn̄i cclxxxvij. idus februarij. a fabricio p̄side. sub dyocleciano ꝛ maximiano īpatoribꝫ romanoꝝ. Theophil⁹ aūt stans in palatio p̄sidis. ꝛ ecce puer apparuit circa eū ꝛ sustulit eū ī ꝑtem dicēs. Has rosas cuz pomis mittit tibi soror mea dorothea de ꝑadiso spōsi sui. Puer ꝟo disparuit. Tūc theophil⁹ ꝓrupit in voces laudādo ꝛ glorificādo xp̄m deū dorothee. q̄ mēse februario dū mag̃ frigora terrā cogebāt. n⁹ aliqd̄ ꝟgultū frondibꝫ vestit̄. rosas ꝛ poma q̄bꝫ vult mittere potēs est. cui⁹ nomē sit bn̄dictum. Et illi⁹ affirmatōe ꝛ p̄dicatōe fere tota terra ꝯuertit̄. Videns h̄ tyrān⁹. pluribꝫ generibꝫ tormētoꝝ q̄ꝫ dorotheam cruciauit. Ultimū ꝟo ī ꝑticulas minimas succidi iussit. ꝛ volatilibꝫ ad manducādū ꝓijcit̄. Theophil⁹ ꝟo sacro baptismate mystico corꝑe ꝛ sanguine xp̄i cōicat⁹ ē. Perrexit ad xp̄m q̄ glorificat sctōs suos. ꝛ glorificat̄ ip̄e ī eis. q̄ patri sctōqꝫ spūi ꝯsubstātialis ꝛ coetern⁹ viuit ꝛ regnat de⁹ in secula seculoꝝ amē.

Legenda. ccviij.

De sancto ꝛvolfgango.

Volfgangus natione
q̄dez aleman⁹. genere vero
ingenu⁹. ab ip̄is ifantie ru
dimētis deū fontez vite siti
ens. ꝛ sctispūs gr̄a illustrat⁹ q̄uis mū
di amatoribꝫ videret̄ ꝯtēptibilis mag̃
meritoꝝ p̄rogatiua eminere cepit. Nā
reuera necesse ē. vt quez mūd⁹ odit dili
gat̄ a deo. Sctōs viros in h̄ seculo con
stat pegrinos eē ꝛ hospites. Vñ ꝛ rep̄
hendit̄ Petrus ꝙ tabernaculū in mon
te fieri cogitauit. quia sctis in hoc mū
do tabernaculuz nō est q̄bus patria ꝛ
dom⁹ in celo est. Sancti viri funditus
seculo renūciantes. ita huic mūdo mo
riūt̄. vt soli deo viuere delectēt̄. Quāto
qz ab hui⁹ seculi ꝯuersatione se subtra
hunt. tanto interne mētis acie. p̄sentiā
dei ꝛ angelice societatis frequētiā con
templant̄. Qui em̄ renūciat rebꝫ su
is. sua abnegat. qui ꝟo renūciat mori
bus prauis. semetip̄z. s. abnegat. Hoc
adimpleuit beat⁹ ꝛvolfgang⁹. Primuz
inter canonicos laudabilē ꝛ castā vitā
duxerat. Deinde artioribꝫ regulis im
plicari desiderās. in sueuia apud ceno
bitas qui solidarij vocant̄. monachice
vite normā ꝓfessus est. In qua quāto
rigore qualiq̄z obseruātia vixerit. ꝛ vir
tutū suaꝝ exitus. ꝛ ostense sibi diuitus
visionis patefecit ꝓuentus. Nā cuz
beat⁹ ꝛvolfgang⁹ adhuc in paterno so
lo positus. pegrinari ꝓ amore diuino
affectaret ꝛ hmōi desiderijs sanctoruz
se suffragijs iugiter cōmendaret. beatū
xp̄i ꝯfessorem Othmaruz cui se suaq̄z
frequētissime cōmendabat. sibi i som
nis astare videbat. quē iussus intende
re. ab eo huiusmodi accepit ꝟba. Quia
rogatus a te rogaui dñm pro te mani
festo tibi nunc futura quedā. Pauper
ꝛ inops de hac ꝓuincia egredieris. sed
in alia i qua ꝓ amore dñi exulabis. epi
scopatum caducis rebus satis locuple
tem predestinatōe diuina suscepturus
eris. Cuius in administratione si fide
lem te exhibueris expletis vigintiduo
bus annis. vitam transitoriā eris exi
turus ꝛ eternā ingressurus. Et hoc ꝓ
culdubio scire te volo. ꝙ aīaz tuā con
ditori redditurus es in loco vbi sub no
mine christi a christiāis memoria mea
venerat̄ ꝛ colitur. Quo me in hora exi
tus tui de egypto hui⁹ mundi spero ad
uenturū cum ceteris quos de ciuibus
sup̄nis ad te venturos cōsolatores ha
bere merueris. Sanctus igit̄ ꝛvolf
gangus hac visione ꝑcepta eo ampli⁹
quo certius intendebat aciem mentis
in speculū diuine ꝯtemplatōnis repu
tans iugiter secuz. qualiter in salute ali
orum sibi ꝯcessum duplicaret talentū.
Cuius rei gratia monasteriū ꝛ mona
chum deserens. imo s̄m ap̄lm maiora
emulari charismata cupiens. ꝑ alema
niam deuenit exul in noricum. ad cui⁹
orientalem ꝑtem cum humili comita
tu p̄tendens p̄dicandi gratia pānonie
petijt confinia. equa ꝑ Piligrinū pata
uiēsem ep̄m euocatus pie vt decuit hu
manitatis ab eo suscipit̄ ꝛ fouetur offi
cio. Apud quē etiaz rogat⁹ est. ꝛ iussus
mansit aliquot diebus. Hoc inter ce
tera prudenti secū tractans mēte. qua
re prohibitus sit ab adducenda ad de
um pānonioꝝ gente. Quo cōmemora
tionis tempe idē ep̄s optime vsus vt
pote qui erat apprime eruditus. ꝛ ge
nere nobilissim⁹. clādestina ꝛ manife
sta diuini s̄uitij obseruatōe. ac assidua
sacre scp̄ture indagatiōe satis ꝓbauit.
hunc quē susceperat pegrinū nō esse gy
rophaguz. sz stabilē ꝛ vere fidei dome
sticum. Vnde ꝛ quosdā de suis famili
ariter ꝓ eo alloquit̄ dicens. O q̄ felix
ecclesia que deo volēte isto donabitur
sacerdote. Ergo necessariū valde vide
tur mihi ꝛ vtile. vt huic famulo dei pe
tā regimē Ratisbonēsis ep̄i. q̄ optime
ꝯuenit sicubi abundat bona volūtas.
vt eam etiā ad bona opera ꝓcedere fa
ciat bene collata facultas. Bonū q̄p
pe qd̄ hic vir semiare voluit. indurat
cordibꝫ paganorum. ꝛ salutis obsequi
um quod repulit cecitas illoꝝ. quādo

q̄ fortassis h̄ eodē agrū dñicū excolēte dabit fructū suū in ꝓplis xp̄ianoꝝ. Ad hec q̄dā rñdētes dixerūt. Quō fieri p̄t vt iste pauꝑ ꝛ ignotus ad honorē accedat tāti ep̄atus. cū iaꝫ aliq̄ alti sanguinis ꝑsone. hūc apud imꝑatorē p̄dijs ꝛ pecunia cōpēsantes sibi ꝯtentarūt acq̄escere. Quib⁹ ille refert v̄ba ponderosa. sꝫ nō adeo morosa. Diuia ꝛ hūana valde int̄ se ꝓbant̄ distare iudicia. Sꝫ scrutator cordiū ꝛ renū. ab initio mundi elegit ꝯtēptibilia ꝛ ignobilia. vt cōfunderet fortia. Et ecōtrario mūd⁹ qd̄ suū est suꝑbe ad horā extollit. ac in breui cū ꝯfusiōe distollit. Vñ opēp̄ciū cēseo. q̄ mittā ad marchicomitē. cui⁹ cōsilio m̄lta solet facere imꝑator vt suggeret ei. ne ꝑ ambitionē aut symoniacaꝫ heresiꝫ. quēq̄ ep̄alē sinat accipe dignitatē. sꝫ ob eternā remunerationē. quez humilē ꝛ modestū ac eruditū īuenerit. necnō officijs eccl̄iasticꝫ aptū eēꝓbauerit hūc cuiuscūqꝫ sit cōditōis vel ꝑentele. ꝓmoueri faciat ad culmen eccl̄ie.

Per legationē igit̄ ep̄i. ac suggestionem ꝯsiliarij imꝑator sue ac eccl̄iastice vtilitate admonit⁹. īmo qd̄ veri⁹ ē nutu dei cui⁹ in manu est cor regis. Princeps bon⁹ Otto. ij. anīo mutat⁹. oēs q̄ ꝓ eodē ep̄atu adipiscēdo laborabant. auertit ꝛ se totū ad electionē venerādi viri ꝯuertit ꝛvolfgāgi. Sicqꝫ legatos post eū celeriter mittit. Qui vt missi fuerāt ꝑgentes. inuenerūt eū cū p̄no iato ep̄o cōmorantē. sꝫ iā ad patriā repedare cogitantē. Ut ꝛvolfgangus ignarus erat legatōis imꝑatoris ꝛ ceteraꝝ reꝝ ꝓ se gestaꝝ. ꝛ idcirco animū intendebat aliorsum. Cūqꝫ legati q̄re venerint ei indicarēt. p̄mū recurrit ad secretariū cordis. se suaqꝫ deo cōmendans ī intimis. deinde ep̄o Piligrimo cui⁹ charitate ibi detētus erat. cām suā exponēs id q̄ grauabat̄ tꝑamēto leuiabat simplicitatꝫ colūbine. ac prudentie serpētine. atqꝫ in hunc modū ꝓloquit̄ dicēs. Hoc nouū qd̄ mihi ꝑ nuncios imꝑatoris dñi Ottonis secūdi venit. charitas tua efficit. cui p̄mū bone volūtatis absq̄ dubio erit. sꝫ mee ꝑuitati timorē incutit. qꝛ nescio si volūtas d̄i sit. Et qꝛ mūdus sub specie religionis multos ad vicia trahit. Cui rñdēs ep̄s dixit. Qd̄ dicis te timere. h̄ mentis est ꝓuide. Sꝫ hanc in bonā spem erigit Ps̄. q̄ dicit. Initiū sapie timor dñi. Et iteꝝ. Timor dñi sctūs ꝑmanēs in seculū seculi. Talia q̄ꝫ pōtifice ꝓloquēte vir venerādus ꝛvolfgang⁹ ꝑ mētis speculationē. dispēsatōis diuīe intuēs moderamē. subsequit̄ dicēs. Ecce seru⁹ domini fiat mihi s̄m verbū tuū. Tūc arrepto itinere cū his q̄ missi fuerant ab imꝑatore. tetendit in ꝑtes occidētales bauarie. Cūq̄ ꝑuentū esset ad regiam ciuitatē. cler⁹ ꝛ ꝓpl's s̄m morē eccl̄iasticū vnanimiter vt imꝑator petijt. sctm̄ ꝛvolfgangū elegerūt atq̄ cū vniuersali electōe ad curiā eū regiā miserūt. Cūq̄ in p̄ntiam cesaris esset delat⁹ añ pedes ei⁹ ꝓstrat⁹. se dixit indignū. indoctum. ignobilē. sub monachali ꝓfessione degentē. sine licētia sui abbatꝫ nihil accipe d̄bere. Postremo ne locū sanctū vilitate violaret īplorauit. Imperator aūt videns eū deifice renuentē. magis de ꝓbitatis ei⁹ dignitate cert⁹. q̄uis reluctanti. multūq̄ gemēti ep̄atu cōmēdauit. Deinde cū comitatu fideli multoꝝ remissus ratisbonā est ingressus. ibiqꝫ cū cāticis leticie suscipit̄ atqꝫ more pontificū inthronizat⁹ a clero ꝛ ꝓpl'o summo pastori cōmendat̄. necnō a Friderico archiep̄o. illiusqꝫ suffraganijs post aliquot dies in sacerdotē apostolicū ibidē ꝯsecrat̄. Igit̄ post multa pietatis ꝛ eq̄tatis opa. q̄b⁹ deo seruire studebat febricitare cepit. quā corꝑis molestiā. illi q̄ nescit occasum sedulis p̄cibus vite sue cōmendauit excursum dicēs. Deus misereri dignet̄. ꝛ mihi misero peccatori mortē nūc subeūti ꝛ cuiqꝫ eam timide ac humiliter aspicienti. Hec cū dixisset. reuerēter oculos clausit. ac velut in somno pausans. p̄die kalend̄. nouēbriū in pace q̄euit.

Legenda.ccix.

Miraculū de sancta Katherina

Episcopus quidam mediolanensis Sabinus nomine vir vite venerabilis sicut refert Petrus rauennensis in libro gestoꝝ notabilium post matrem dñi virginē Katherinā in p̄cipua deuotōe habebat. hanc etiā ab infantia sibi sponsam elegerat. ⁊ ipsam omnib⁹ sacris ꝟginib⁹ p̄ferre solebat. vtpote adiutricē fidelissimā. Cū igitur p̄dictus presul vltra mare nauigasset cum abbate Theodoro de mōte cassino ⁊ duob⁹ capellanis ⁊ militibus. ⁊ q̄ndecim seruis. ⁊ sepulchꝝ dñi visitasset. montē syna simul adierunt. Et ecce dux q̄daz thurcoꝝ ferocissim⁹ hostis christianoꝝ a soldano rediens cum multis armatis ep̄o in pede mōtis occurrit. cuius comitiuam vt vidit atrociter mox ꝑemit dicens. Sicut feci familie sic faciā dominis. Qd̄ cum dictus ep̄s ⁊ abbas vidissent: ceperūt ducem rogare dicētes. Liceat quesumus nobis montem ip̄i⁹ prius ascendere ⁊ gloriose virginis tumbā visitare. deinde quicq̄d tibi placuerit sustinebimus patienter. Quibus respondit. Necesse est hac vice vt mea non vestra voluntas fiat. ⁊ ꝯfestim p̄cepit vt lingua. oculis. auriby. narib⁹. manuuz ac pedum summitatib⁹ vterq̄ priuaret. sicq̄ adhuc semiuiui in iumētis ad tumulum veherent. dixitq̄. Nunc quid vobis valet huius sepulchri visitatio. Et adiecit. Cum membra vobis renascunt quod impossibile est tūc absq̄ dubio dei vestri legibus adherebo. Cum ergo ad tumbā virginis venissent. abbas ꝯtinuo expirauit. Episcopus vero sicut potuit preces fudit. Et ecce circa noctis mediū mons tot⁹ vehementer ꝯtremuit. tantusq̄ terror ac pauor ducem inuasit cum suis vt inde fugere vellent nec valerent. Postea ꝟo ꝑ trium horaꝝ spacia tanta luminis redundantia ibidez resplenduit. vt nō solum vicini sed etiā saraceni in remotis partib⁹ ꝯstituti hora eadē vigilantes diem claram crederent esse factam ⁊ ip̄m montez syna in solem ꝯuersum estimabant. Interea virgo katherina de tumulo processit. et triste caput sui amatoris tactu blando ꝑmulcēs. primo oculos. aures. nasum. ⁊ linguam. deinde membra om̄ia dolorosa perungens pristine restituit sanitati. Cū vir dei gloriosam virginē corꝑalibus oculis cerneret. ineffabili gaudio replebatur. sed fulgorē pulchritudinis ei⁹ ferre nō valens ad pedes eius cecidit. quē ip̄a statim p̄cipiens eleuari Nam duo pulcerrimi iuuenes iuxta eam stabāt. ipsum de terra eleuabant. Cui virgo. Scire debes mi care ꝙ amator meus ⁊ sp̄osus meus iesus xp̄s hic ⁊ in futuro te ⁊ om̄es honorantes me paratus est honorare. Et quia ꝑdidisti ꝓpt̄ me linguā tuam vix in ꝓprio ydeomate expeditam. ecce cōmodaui tibi meam in greco ⁊ latino peritissimam. Preterea om̄es anias familie tue nouerꝫ esse in sinu abrae. Facto insuper die crastina cum missaꝝ solēnia celebraueris lecto euangelio singula membra abbatꝫ de oleo quod sudat de tumulo meo ꝑunges. sicq̄ suscitabit̄. ⁊ anteq̄ diuinum officiū compleas. ad vigorē et statum pristinū reformabit̄. His dictis virgo beatissima dexteram pontificꝫ apprehendit. dansq̄ illi anuluz preciosum: ⁊ chartulam aureis lr̄is scriptā et disparuit. ⁊ miri odoris ibidem fragrantia remansit. Chartula vero tres verboꝝ lineas habebat. ⁊ hec ꝑ ordinem cōtinebat prima linea. Sabine he lr̄e sunt inter me ⁊ te signa dilectiōis perpetue. Secunda. Fecit tibi meritū ingens dolor. faciet tibi gaudium vehemēs amor. Tertia. Ducē baptizabis sanus ad ꝓpria remeabis. Sicq̄ decennio expleto laudabiliter mecū eris in celesti palatio. Tūc vir īmēsas grās ⁊ laudes deo reddidit ꝓ tā ineffabili

cōsolatione: quā ei exhibuerat p̄sentia ꝟgis gloriose. Facto igit̄ die dux montē ascēdit. ⁊ cum ep̄m ad altare ꝓcedētem. videntē. loquentē. ⁊ oīa mēbra integraliter habentē ꝯspiceret: obstupuit vehemēter. Tūc lecto euāgelio presente duce: ep̄s mēbra abbatꝫ q̄ in medio posit⁹ erat vngēs ꝑ ordinē. abbas om̄ib⁹ vidētib⁹ rediuiu⁹ apparuit. Sicq̄ mēbris om̄ib⁹ renascētib⁹ anteq̄ diuinū officiū ꝑficeret plenissime sanat⁹ est. q̄ viso miraclo dux lachrymis ꝑfūdit. corde cōpungit̄ ⁊ amplectit̄ fidem ⁊ cū multꝫ nobilib⁹ ꝑfecte credētib⁹ ab ep̄o baptizat̄. q̄ cū heredib⁹ careret seculo renūciauit. terrā suā vēdidit ⁊ bonā portionez fratrib⁹ in mōte syna degentib⁹ tradidit. romā cū ep̄o ⁊ abbate ⁊ alijs multꝫ deuotionis gr̄a venit. multa auri pondera secū deferēs pauperib⁹ tribuit. Deinde ad ꝯsiliū sancti Sabini famosissimū monasteriū ꝟgi nū qd̄ dicit̄ aula dei in honore btē Katherine fundauit. qd̄ in mltꝫ possessionib⁹ ⁊ diuitijs ampliauit. Postremo ī monte cassino monachalez habitū suscepit. ibidēq̄ xp̄o regi sueq̄ matri et beate katherine q̄diu vixit deuotissime militauit. Sctūs vero sabin⁹ cum post decenniū ad extremū venisset dignū deo sp̄m efflauit. sed cū lingua ei⁹ ī ore eius minime appareret. nulli dubium q̄n ꝟgo gloriosa eam tulit. q̄ suo deuoto eam ꝑ decenniū mutuauit. In hui⁹ q̄z gloriosi ep̄i memoriā anulus ⁊ charta apud mediolanum vsq̄ hodie seruantur.

Legenda. ccx.

De sancto Ludouico rege francoꝝ.

Ludouicus dicit̄ quasi lucē donās. seu lucꝫ dator. Interp̄tat̄ etiā quantū ad vltimā nois partē custos. Icos enim grece d̄r custos latine Fuit em̄ seuerus custos ꝟbi dei. vt ex ei⁹ gestꝫ demōstratur. Fuit etiā ꝑuigil custos exercit⁹ sui in terra ⁊ mari. ac etiam in ip̄o ꝯflictu certaminis. Vn̄ de eo in eccl̄ia canit̄. Ludouic⁹ ex noīe lucꝫ dator exp̄mit̄ et custos in certamine presentis vite ponitur.

Beatus Ludouic⁹ quondā rex francoꝝ illustris. patrez habuit xp̄ianissimū regem noīe Ludouicū. h̄ de albigesio ⁊ comitatu tholosano hereticos debellauit. ⁊ hereses extirpauit Et dū reuerteret̄ in franciaz mig̃uit ad xp̄m. Puer igit̄ sancte indolis p̄re strenuissimo sic orbatus. sub tutela matris vicz Blanche regine q̄ndā regꝫ castelle filie remāsit Quē ip̄a tenerrime diligēs sub custodia specialis mgr̄i ⁊ ꝯsilio religiosoꝝ maxime ordinis fratꝝ p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ in moribꝫ ⁊ scia lr̄aꝝ tradidit imbuendum. At ip̄e velut alter salomon puer ingeniosus. ⁊ bonā sortitus aīam. sup coetaneos suos ꝓfecit valde laudabiliter in vtrisq̄. Cui⁹ sanctitati ꝯgaudēs pia mater pluries dicebat eidez. Plus vellē fili charissime te mortem incurrere tp̄alez. q̄ ꝑ aliq̄d pctm̄ mortale te tuū offendere creatorē Qd̄ verbū deuot⁹ filius ī aīo sic firmauit q̄ diuīa comitante gr̄a a vicijs abstinēs ad culmē virtutum ꝑuenisse ab om̄ib⁹ censeret̄. De hinc diuina ꝓuidētia ne tam nobile regnū regali successione careret yxorē duxit. de q̄ susceptaz sobolē generosam vir sctūs sūmopere studuit educare. docēs eos sup omnia timere deū ⁊ ab om̄i pctō iugiter abstinere. Serta q̄z de rosis seu alios capellos eos portare sextis ferijs ꝓhibebat ꝓpter coronā spineā tali die impositā capiti saluatoris. Ipse ꝟo exēplo apl̄i corp⁹ suū castigās. ⁊ in ꝟuitutē redigēs castigatōe multiplici suo spiritui ꝟuire cogebat. multo tp̄e ciliciū ad carnē applicās. Ieiunabat q̄z om̄i tp̄e sextꝫ ferijs ⁊ maxie in aduētu et q̄dragesima. in q̄b⁹ a piscib⁹ ⁊ fructibus abstinebat laborib⁹ vigilijs orōib⁹ ⁊ alijs secretis abstinētijs ⁊ disciplinis iugit̄ se affligens. Quolibet etiā sabbato ꝯsueue

rat in loco secretissimo quorūdaz pau/
perū ꝓprijs manibus abluere pedes ⁊
deinde tergere. ac hūiliter osculari. silr
⁊ man⁹ cuilibet certaz summā pecunie
tribuēdo. Pluries etiā cētū vigiti pau
peribꝫ q̄ in curia sua om̄i die reficiebāt
abunde ⁊ vigilijs solennibꝫ ac q̄busdā
certis diebꝫ ꝑ annū ducētis pauperibꝫ
anteq̄ ipe comederet manu ꝓpria fer/
cula ministrauit Semꝑ em̄ in prādio
⁊ cena ꝓpe se tres senes paupes recum
bētes habebat. q̄bꝫ de cibis sibi appo
sitis charitatiue mistrabat. xp̄m pau/
perē in suis pauꝑibꝫ venerando. de q̄ꝝ
reliquijs comede nō horrebat. Scar/
leto etiā seu bruncto aut viridi vl' alia
veste pōposavti nolebat. nec pellibꝫ va
rijs aut nimiū sūptuos. maxie postq̄
de ꝑtibꝫ trāsmarinis redijt p̄ma vice.
Dilatatōez ꝟo fidei ardenti desiderio
cupiebat. Vn̄ tāq̄ ver⁹ amator fidei ⁊
zelator tres frēs suos cōmilitones ac
maiores regni barones. ⁊ milites secū
ducens cū exercitu maxio applicuit in
egyptuz. Vbi multa in se ⁊ suis mala
ꝑpessus. dehinc ab hostibꝫ captus ac
carceri mācipatus modico tandē pre/
cio q̄d mirabile est redēptus fuit et li/
beratus. Educt⁹ itaq̄ de carcere ꝑ q̄n
q̄ annos in siria mansit multos sara
cenos ad fidē conuertens. ac captiuos
xp̄ianos redimēs q̄ꝝ corꝑa plerūq̄ ꝓ/
prijs manibꝫ sepeliebat. Vbi quanta
ꝓ fide xp̄i in hac ꝑegrinatōe ac etiā in
alia q̄ scdo trāsfretauit sustinuit. nisi q̄
affuit. aut maiora volumina inspexit.
nemo sufficienter mēte ꝑpēdit Que qꝛ
in historiali circa finē satis diffuse nar
rat Vincenti⁹. vbi nō de auditis rela/
tu. sz suo tꝑe gestis fidē facit. breuitatꝫ
gr̄a dimittunt̄. Postmodū ꝟo audi
ta morte regine matrꝫ sue baronū suo/
rū ꝯsilio redire in franciaz acq̄euit. Et
dū essz in mari. nauis ip̄m deferēs bi/
na impulsione ad rupē iā fortit̄ ē colli/
sa q̄ a nautis ⁊ alijs peritura crederet̄.
Tāta igit̄ ꝯcussiōe ꝑterr. ⁊ sacerdotes
clerici ⁊ alij sctm̄ regē inuenerūt orantē
corā sacro corꝑe ihu xp̄i Et fuit eorum
oīm firma fides q̄ eius p̄cibꝫ ⁊ meritꝫ
eos om̄ipotens de⁹ a mortis ꝑiculo li
berasset. Reuersus itaq̄ in franciā. cū
ineffabili gaudio ab om̄ibꝫ est recept⁹
Ac extunc de ꝟtute in ꝟtutem ꝓficiēs
ad om̄imodā vite ꝑfectionem ꝑuenit.
Tūc em̄ cepit fundare hospitales do/
mos pauperꝝ religiosoꝝ edificare mo/
nasteria claustra dormitoria ecclesias.
loca ⁊ alia edificia oportuna. Cecꝫ be/
guinis filiabꝫ dei fere in omni ciuitate
regni cū certis elemosynis de locꝫ ⁊ do
mibꝫ sibi cōpetētibꝫ ꝓuidit. plura etiaz
monasteria diuersoꝝ ordinum ab ipso
fundata ex toto magnis dotauit red/
ditibꝫ. Inter que abbatiā regalis mō
tis cisterciensis ordinis magnifice fun
dauit ⁊ dotauit. In q̄ semel q̄d mira/
bile est dictu cuidā monacho leproso
in quodā prandio flexis genibꝫ cibū ⁊
potuz in os eius immittendo hūiliter
mistrauit. abbate ⁊ q̄ aderant in lacri/
mas ꝓrumpentibꝫ ac p̄ horrore vix vi
dere valētibꝫ. Precipua etiā deuotiōe
sctās venerabat̄ reliq̄as. ⁊ dei cultum
⁊ honorē sctōꝝ iugiter augmentabat.
Parisius siquidez in regali palatio
capellā speciosissimam ꝯstruxit in qua
sacrosanctā coronā dn̄i spineā ⁊ maxi/
mā ꝑtē sancte crucis ferrūq̄ lancee q̄d
latus aperuit saluatoris cū pluribus
alijs r̄liquijs dignissime collocauit q̄s
a constantinopolitano imꝑatore rece/
perat cū immēsis laboribꝫ ⁊ expensis.
Opprobria ꝟo fidei xp̄iane audire
nō poterat. sed zelādo zelū dei grauit̄
puniebat Vn̄ quendā ciuē parisiēsem
q̄ turpiter iurando xp̄m blasphemaue
rat in pcti penā ⁊ alioꝝ terrorem ferro
candēti i labijs suis cauterisari p̄cepit
dicēs. Vellez q̄ad vixero i labijs meis
talē indecētiā sustinere. dūmodo h̄ pes/
simū iuratōis viciū de regno nr̄o peni
tus tolleret̄. Silr saracenis petētibus
i pactōe de soluēda pecunia ꝓ se ⁊ suis
addere. q̄ fidez xp̄i negaret si pactū nō
teneret facere constanter denegauit.

Et ꝑsuadentib⁹ q̄ aderant ꝙ hoc sine
pctō facere posset rn̄dit. Tātū horreo
ꝟbum de neganda fide etiā sub condi
tione audire ꝙ nō possem illud exp̄me
re sono vocis. Vidē etiā quendaz no
bilē saracenū q̄ recenter soldanū occi
derat facere militem recusauit dicens.
ꝙ nec ꝑ morte nec ꝑ vita infidelē quē
q̄ insigniret baltheo militari. In tan
ta etiā veneratione habebat signacu
lum sancte crucis ꝙ desup calcare nole
bat. ⁊ a plurib⁹ religiosis exegit. vt in
claustris eoꝝ. in tumbis cruces nō in
sculperent̄. ⁊ insculpte penit⁹ raderent̄.
In regimine ꝟo ita prudenter se gere
bat ꝙ absq̄ ꝑsonaꝝ acceptōe iusticiaz
reddebat vnicuiq̄. Timēs ꝟo ne cau
se pauperꝝ vix ingrederent̄ ad iudices:
bis in hebdomada audiendū conque
rentes in loco patēti se ponebat. ⁊ eos
celeriter quantū poterat expediri facie
bat. Et qn̄ negociū fidei ꝑ p̄latos seu
inq̄sitores deferebat̄ ad eum. omnib⁹
alijs postpositis faciebat q̄citius ex
pediri. Duella ꝟo tanq̄ a iure ꝓhibi
ta cuiusq̄ instantia nō admittebat. sz
ꝑ aliam viā iuri ꝯsonam etiā magna
tum maleficia puniebat. Statuit in
super ad abolendū vsuras vt obliga
tos iudeis aut alijs public⁹ vsurarijs
nullus iudex cōpelleret ad soluendum
Et qꝛ pacem opat̄ iusticia: dedit sibi
deus pacem ⁊ regno tranquillitatem.
Tandē post multoꝝ annoꝝ spacia au
diens desolatōem terre sancte. ⁊ mala
xp̄iane gentis ferre nō valens cū filijs
suis ac regni comitib⁹ ⁊ magnatibus
secundo trāsfretare disposuit. In qua
trāsfretatione diē suū vltimū appro
pinquare videns filios suos admone
bat. vt ꝑ eccl̄ia dei ⁊ defensione terre
sancte vti ip̄e faciebat om̄i virtute in
sisterēt. Currente igit̄ nauigio versus
tuniciuz ⁊ exercitu suo libere capiente
portū in affrica. carthaginis castrum.
⁊ adiacentē regionē vi armoꝝ ceperūt
Deinde inter carthaginez ⁊ tunicium
fixerant tentoria. ibi aliq̄diu moratu
ri. Illic ergo btūs Ludouic⁹ post tot
laudabilia virtutū opa. post tot labo
riosos agones q̄s ꝑ fide xp̄i indefesso
animo tolerauerat disponente deo q̄
labores suos voluit feliciter ꝯsumma
re ⁊ laboꝝ suoꝝ fructum retribuere. le
cto decubuit febre continua fatigat⁹.
Inualescente igit̄ morbo sana mente
integro aspectu atq̄ auditu orans ac
sanctos inuocans deuote suscepit om
nia ecclesiastica sacramenta. Demum
ad extremā horā veniēs ⁊ sup stratum
cinereū recūbens. ꝟba ꝑferens vltima
parte in manus tuas dn̄e commendo
sp̄m meum. Anno dn̄i. Mcclxx. hora
nona feliciter migrauit ad xp̄m. Cor
pus ꝟo illius delatū fuit ad sepulchꝝ
patrū suoꝝ apud sctm̄ dionisiū i fran
cia. vbi ⁊ etiā alibi in diuersis mundi
ꝑtib⁹ crebris choruscat miraculis. In
die sepulture eius q̄dam mulier sagiē
sis diocesis visum quē prius ꝑdiderat
recuperauit om̄ino meritis ⁊ p̄cib⁹ pij
regis. Quidam iuuenis de burgun
dia surdus ⁊ mutus a natiuitate cum
alijs veniēs ad sepulchꝝ eius ꝓut vi
debat alios facere nutib⁹ exterioribus
sancti suffragiū implorabat. Et cū ibi
aliq̄diu ꝑmāsisset apte sunt aures ei⁹
⁊ solutū vinculū lingue ei⁹. Et q̄ nūq̄
gallicū audierat pure gallicū loq̄bat̄.
Et cū audiuit primo cāpanas pulsari
maximo terrore ꝑterritus putabat to
tam ecclesiā sup se ruiturā. Anno quo
btūs Ludouicus fuit ascript⁹ sanctoꝝ
cathalogo in diuersis partib⁹ ad inuo
cationē ipsius multa ꝯtigerunt mira
cula. Ebroicis nāq̄ puerum quendaz
ꝓpe quoddam molendinū submersuz
parentes multꝫ sanctoꝝ suffragijs cō
mendauerūt. Verum om̄ipotenti d̄o
misericorditer disponente. mirificare
sanctū suū vox intonuit. vt puer predi
ctus btō Ludouico deuoueret̄. Quo
statim ad ecclesiā fratrū p̄dicatoꝝ nu
per in honorē beati Ludouici funda
tam cū solitis oblatōib⁹ delato confe
stim viuus apparuit.

Legēda.ccxj.

Legenda sancti Thome de aq̄no

Thomas interpretat̄ abyssus. vel geminus. vel diuisus. vel signatus: siue consummatus. Fuit siquidem hic sanctus doctor thomas velut abyssus ꝓfundissima. Scientia em̄ et sapientia profundissim⁹ extitit. Ideoq̄ nō immerito aquinas ex nomine patrio dict⁹ est. quoniā doctrine celestis aquas nactus est abundantissimas. propter qd̄ illud Ecc̄i.xv. scriptū de eo dici potest. Aqua sapientie salutaris potauit illum de⁹. Et Apoca.xxij. Ostēdit angelus fluuiū aque viue splendidū tanq̄ cristallū. ꝓcedens de sede dei ⁊ agni Et Prouerb̄ xx. Aqua ꝓfunda consilium in corde viri. Aut certe aquinas ex eo dici potest. ꝙ ex aquis mundane vanitatis ⁊ ꝓprie natiuitatis eductus per religiosam vitā restitutus est matri ecclesie moysi figura. Fuit etiam geminus deuotionis decore. ⁊ intelligētie claritate. Insup̄ diuisus fuit a mūdanis cupiditatib⁹ ⁊ pompis. religionis vitā sacerrimā ducēs. Deniq̄ fuit signatus. aut cōsummatus omniū virtutum splendore. quapropter bene est nūcupatus Thomas quod potest interpretari quasi thau meū. id est. signū meū vel cōsummatio mea. Deus em̄ tantis eum illustrauit atq̄ ꝑfudit gratie donis vt verū dei signum atq̄ consummatio. id est. perfecta dei operatio esset. Cuius historiam ⁊ vitā quidam episcopus Lodoneñ. cōscripsit. Festiuitas aūt eius celebrat̄ nonis marcij. qua die migrauit ex hoc mundo ad ꝑpetuam gloriā.

Sanctus Thomas de aquino ordinis predicatorū doctor egregius. nobilibus ortus progenitorib⁹ Landolfo patre de domo ac illustri ꝓsapia comitū aquinoꝝ confinib⁹ campanie. et regni cecilie matre Theodora de neapolitana stirpe existente duxit originem. Qui per sanctū heremitaz Bonum nomine. matri sue fuit p̄nunciatus ex noīe nasciturus magnus i orbe Natusq̄ fuit anno domini. Mccxxv. Hic existens infantulus cum a cunis ꝓ balneo solueret̄. nutu diuino cartulam quandā humi iacentē in qua salutatio angelica continebat̄ brachiuz nemine iuuante extendens accepit cui vix mater eripere potuit. Hic puer q̄nq̄ annoꝝ existens missus fuit a parentibus ad monasteriuz montis cassini erudiendus in p̄mis litteraꝝ elemētis ⁊ moribꝫ imbuendus. Cum autez septem annoꝝ esset missus est neapolim ad studiū artium liberaliū. Qui tanta celeritate naturalis ingenij omnes artes didicit in septem annoꝝ spacio. ⁊ p̄cellēs om̄es ingenio ⁊ labore cunctis erat admirabilis. Cum autez esset. xiiij. annoꝝ virgo electus a domino intrauit ordinē sacratissimū fratrū predicatoꝝ. Hic etiā eodem āno quo intrauit ordinē cum ꝑ fratres ordinis predicti fuisset romā perduct⁹. ⁊ de roma per tusciam parisius duceretur. vt a suis elongaret̄ parentibus. raptus ⁊ captus fuit in itinere ꝑ germanos suos carnales ⁊ vi ablatus fratribus et missus ad matrē suā in castro montis sancti Johannis. vbi detentus et custoditus et clausus in carcere stetit q̄si biennio in habitu ordinis. q̄ assūptuz nūq̄ deseruit. nec ad deserendū aliq̄tenus flecti potuit. Deditus vero ibidē orationi ⁊ ꝯtemplationi. ac studio scripturarū tāq̄ in scola summi magistri plurimū ꝓfecit. Et vehementis libidinis suggestricem a carcere cum stipite ignito fugauit. Unde ex hac victoria tale donū a deo consecut⁹ est. vt nulluz stimulū voluptatis veneree postea senserit. Postq̄ autez redditus est ordini missus est coloniam. vbi docebat philosophiā ⁊ theologiā doctor albertus magnus eiusdem ordinis professor. A quo plurimum eruditus est spacio

